# LIBER VI - TABELLAE COMPARATIVAE* (rev. 27 April 2022)

| ***CIC*/1983** | ***Schema*/2011**[1] | ***Pascite gregem Dei*/2021**[2] |
|---|---|---|
| LIBER VI. DE SANCTIONIBUS IN ECCLESIA | LIBER VI. DE SANCTIONIBUS IN ECCLESIA | LIBER VI. DE SANCTIONIBUS **POENALIBUS** IN ECCLESIA |
| PARS I. DE DELICTIS ET POENIS IN GENERE | PARS I. DE DELICTIS ET POENIS IN GENERE | PARS I. DE DELICTIS ET POENIS IN GENERE |
| TITULUS I. DE DELICTORUM PUNITIONE GENERATIM | TITULUS I. DE DELICTORUM PUNITIONE GENERATIM | TITULUS I. DE DELICTORUM PUNITIONE GENERATIM |
| Can. 1311 - Nativum et proprium Ecclesiae ius est christifideles delinquentes poenalibus sanctionibus coercere. | Can. 1311 - **§ 1.** Nativum et proprium Ecclesiae ius est christifideles *delinquentes* poenalibus sanctionibus coercere.<br><br>**§ 2. Qui *in* Ecclesia praeest bonum ipsius communitatis singulorumque *in ea* christifidelium tueri ac promovere debet caritate pastorali, exemplo vitae, consilio et adhortatione et, si opus sit, etiam poenarum *canonicarum* irrogatione, iuxta legis *praescripta et* semper *animo pastorali*, prae oculis *habendo* iustitiae restitutionem, rei emendationem et scandali reparationem.** | Can. 1311 - § 1. Nativum et proprium Ecclesiae ius est christifideles poenalibus sanctionibus coercendi **qui delicta commiserint**.<br><br>§ 2. Qui Ecclesia**e** praeest bonum ipsius communitatis singulorumque christifidelium tueri ac promovere debet caritate pastorali, exemplo vitae, consilio et adhortatione et, si opus sit, etiam poenarum irrogatione **vel declaratione**, iuxta legis **praecepta** semper **cum aequitate canonica applicanda**, prae oculis **habens** iustitiae restitutionem, rei emendationem et scandali reparationem. |
| Can. 1312 - § 1. Sanctiones poenales in Ecclesia sunt: | Can. 1312 - § 1. Sanctiones poenales in Ecclesia sunt: | Can. 1312 - § 1. Sanctiones poenales in Ecclesia sunt: |
| 1° poenae medicinales seu censurae, quae in cann. 1331-1333 recensentur; | 1° poenae medicinales seu censurae, quae in cann. 1331-1333 recensentur; | 1º poenae medicinales seu censurae, quae in cann. 1331-1333 recensentur; |
| 2° poenae expiatoriae, de quibus in can. 1336. | 2° poenae expiatoriae, de quibus in can. 1336. | 2º poenae expiatoriae, de quibus in can. 1336. |
| § 2. Lex alias poenas expiatorias constituere potest, quae christifidelem aliquo bono spirituali vel temporali privent et supernaturali Ecclesiae fini sint consentaneae. | § 2. Lex alias poenas expiatorias constituere potest, quae christifidelem aliquo bono spirituali vel temporali privent et supernaturali Ecclesiae fini sint consentaneae. | § 2. Lex alias poenas expiatorias constituere potest, quae christifidelem aliquo bono spirituali vel temporali privent et supernaturali Ecclesiae fini sint consentaneae. |
| § 3. Praeterea remedia poenalia et paenitentiae adhibentur, illa quidem praesertim ad delicta praecavenda, hae potius ad poenam substituendam vel augendam. | § 3. Praeterea remedia poenalia et paenitentiae **de quibus in cann. 1339 et 1340** adhibentur, illa quidem praesertim ad delicta praecavenda, hae potius ad poenam substituendam vel augendam. | § 3. Praeterea adhibentur remedia poenalia et paenitentiae de quibus in cann. 1339 et 1340, illa quidem praesertim ad delicta praecavenda, hae potius ad poenam substituendam vel augendam. |

---

* Prepared by Brian T. AUSTIN, F.S.S.P., J.C.D., Ph.D. Please send corrections to baustin@ustpaul.ca.

[1] PONTIFICAL COUNCIL FOR LEGISLATIVE TEXTS, *Schema recognitionis Libri VI Codicis Iuris Canonici (Reservatum)* (Vatican City: Typis polyglottis Vaticanis, 2011). https://www.iuscangreg.it/pdf/SchemaRecognitionisLibriVI.pdf (accessed 29 May 2021). For details regarding its drafting, see Juan Ignacio ARRIETA, "El proyecto de revisión del Libro VI del Código de derecho canónico," in *Anuario de derecho canónico*, 2 (2013), 223; Joaquín LLOBELL, "Giusto processo e 'amministrativizzazione' della procedura penale canonica," *Stato, Chiese e pluralismo confessionale*, no. 14 (15 April 2019): 12, accessed 26 May 2021, http://dx.doi.org/10.13130/1971-8543/11550. The draft reproduced here is referred to by Llobell as "the July 2011 schema."

[2] FRANCIS, constitutio apostolica qua Liber VI Codicis iuris canonici reformatur *Pascite gregem Dei*, 23 May 2021, https://www.vatican.va/content/francesco/la/apost_constitutions/documents/papa-francesco_costituzione-ap_20210523_pascite-gregem-dei.html (accessed 1 June 2021), in *Communicationes* 53 (2021) 9–12; Liber VI, 17–40.

| ***CIC*/1983** | ***Schema*/2011**[1] | ***Pascite gregem Dei*/2021**[2] |
|---|---|---|
| TITULUS II. DE LEGE POENALI AC DE PRAECEPTO POENALI | TITULUS II. DE LEGE POENALI AC DE PRAECEPTO POENALI | TITULUS II. DE LEGE POENALI AC DE PRAECEPTO POENALI |
| Can. 1313 - § 1. Si post delictum commissum lex mutetur, applicanda est lex reo favorabilior. | Can. 1313 - § 1. Si post delictum commissum lex mutetur, applicanda est lex reo favorabilior. | Can. 1313 - § 1. Si post delictum commissum lex mutetur, applicanda est lex reo favorabilior. |
| § 2. Quod si lex posterior tollat legem vel saltem poenam, haec statim cessat. | § 2. Quod si lex posterior tollat legem vel saltem poenam, haec statim cessat. | § 2. Quod si lex posterior tollat legem vel saltem poenam, haec statim cessat. |
| Can. 1314 - Poena *plerumque* est ferendae sententiae, ita ut reum non teneat, nisi postquam irrogata sit; est autem latae sententiae, ita ut *in eam incurratur* ipso facto commissi delicti, si lex vel praeceptum id expresse statuat. | Can. 1314 - Poena **ordinarie** est ferendae sententiae, ita ut reum non teneat, nisi postquam irrogata sit; est autem, si lex vel praeceptum id expresse statuat, latae sententiae, ita ut ***reum teneat*** ipso facto commissi delicti. | Can. 1314 - Poena ordinarie est ferendae sententiae, ita ut reum non teneat, nisi postquam irrogata sit; est autem latae sententiae si lex vel praeceptum id expresse statuat, ita ut **in eam incurratur** ipso facto commissi delicti. |
| Can. 1315 - § 1. Qui legislativam habet potestatem, potest etiam poenales leges ferre; potest autem suis legibus etiam legem divinam vel legem ecclesiasticam, a superiore auctoritate latam*,* congrua poena munire*,* servatis *suae* competentiae limitibus ratione territorii vel personarum. | Can. 1315 - § 1. Qui *legislativam* habet potestatem, *potest etiam* poenales leges ferre; potest ***quoque ipsam*** legem divinam congrua poena munire. | Can. 1315 - § 1. Qui potestatem habet leges poenales ferendi, potest **etiam** legem divinam congrua poena munire. |
| § 3. Lex particularis potest *etiam*<br>poenis universali lege constitutis in aliquod delictum alias addere; *id* autem ne faciat, nisi ex gravissima necessitate. *Quod si* lex universalis indeterminatam vel facultativam poenam *comminetur*, lex particularis potest etiam in illius locum poenam determinatam *vel* obligator*iam* constituere. | § *3. Lex particularis* **insuper** potest**:**<br>**1º** legem a superiore auctoritate latam congrua poena munire, servatis **[…]** competentiae limitibus ratione territorii vel personarum**;**<br>**2º** poenis lege universali in aliquod delictum constitutis alias ***poenis*** addere*,* ***quod*** *autem ne faciat, nisi ex gravissima necessitate*.<br>**3º** poenam lege universali ut indeterminatam vel facultativam constitutam determinare **aut** obligator***em*** reddere. | § **2. Legislator inferior, attento can. 1317**, potest insuper:<br>1º legem a superiore auctoritate latam congrua poena munire, servatis competentiae limitibus ratione territorii vel personarum;<br>2º poenis lege universali in aliquod delictum constitutis alias **poenas** addere;<br>3º poenam lege universali constitutam ut indeterminatam vel facultativam determinare aut obligatoriam reddere. |
| § 2. Lex ipsa potest poenam determinare vel prudenti iudicis aestimatione determinandam relinquere. | § *2.* Lex ipsa potest poenam determinare vel prudenti iudicis aestimatione determinandam relinquere. | § **3**. Lex ipsa potest poenam determinare vel prudenti iudicis aestimationi determinandam relinquere. |
| Can. 1316 - Curent Episcopi dioecesani ut, quatenus fieri potest, in eadem civitate vel regione uniformes ferantur*, si quae ferendae sint,* poenales leges. | Can. 1316 - Curent Episcopi dioecesani ut, quatenus fieri potest, in eadem civitate vel regione uniformes ferantur **[…]** poenales leges. | Can. 1316 - Curent Episcopi dioecesani ut, quatenus fieri potest, in eadem civitate vel regione uniformes ferantur poenales leges. |
| Can. 1317 - Poenae eatenus constituantur, quatenus vere necessariae sint ad aptius providendum ecclesiasticae disciplinae. Dimissio autem e statu clericali lege particulari constitui nequit. | Can. 1317 - Poenae eatenus constituantur, quatenus vere necessariae sint ad aptius providendum ecclesiasticae disciplinae. Dimissio autem e statu clericali *lege particulari* constitui nequit. | Can. 1317 - Poenae eatenus constituantur, quatenus vere necessariae sint ad aptius providendum ecclesiasticae disciplinae. **A legislatore** autem **inferiore** dimissio e statu clericali constitui nequit. |
| Can. 1318 - Latae sententiae poenas ne comminetur legislator, nisi forte in singularia quaedam delicta dolosa, quae vel graviori esse possint scandalo vel efficaciter puniri poenis ferendae sententiae non possint; censuras autem, praesertim excommunicationem, ne constituat, nisi maxima cum moderatione et in sola delicta graviora. | Can. 1318 - Latae sententiae *poenas* ne *comminetur legislator*, nisi forte in singularia quaedam delicta dolosa, quae vel graviori esse possint scandalo vel efficaciter puniri poenis ferendae sententiae non possint; censuras autem, praesertim excommunicationem, ne *constituat*, nisi maxima cum moderatione et in sola delicta *graviora*. | Can. 1318 - Latae sententiae **poenae** ne **constituantur**, nisi forte in singularia quaedam delicta dolosa, quae vel graviori esse possint scandalo vel efficaciter puniri poenis ferendae sententiae non possint; censurae autem, praesertim excommunicatio, ne **constituantur**, nisi maxima cum moderatione et in sola delicta **specialis gravitatis**. |

| ***CIC*/1983** | ***Schema*/2011**[1] | ***Pascite gregem Dei*/2021**[2] |
|---|---|---|
| Can. 1319 - § 1. Quatenus quis potest vi potestatis regiminis in foro externo praecepta imponere, eatenus potest etiam poenas determinatas, exceptis expiatoriis perpetuis, per praeceptum comminari. | Can. 1319 - § 1. Quatenus quis potest vi potestatis regiminis in foro externo praecepta imponere **iuxta praescripta cann. 48-58**, eatenus potest etiam poenas determinatas, exceptis expiatoriis perpetuis, per praeceptum comminari. | Can. 1319 - § 1. Quatenus quis potest vi potestatis regiminis in foro externo praecepta imponere iuxta praescripta cann. 48-58, eatenus potest etiam poenas determinatas, exceptis expiatoriis perpetuis, per praeceptum comminari. |
| § 2. Praeceptum poenale *ne feratur, nisi* re mature perpensa, *et iis servatis*, quae in cann. 1317 et 1318 *de legibus particularibus* statuuntur.<br><br>[Cf. CIC/1917, c. 2227 §1. Poena nonnisi a Romano Pontifice infligi aut declarari potest in eos de quibus in can. 1557, §1.] | § 2. Si praeceptum poenale, re mature perpensa, **imponendum sit, serventur** quae statuuntur in cann. 1317 et 1318.<br><br>***§3. Solummodo Romanus Pontifex personis in can. 1405, § l recensitis poenas irrogare vel declarare aut praecepta poenalia imponere potest.*** | § 2. Si praeceptum poenale, re mature perpensa, imponendum sit, serventur quae statuuntur in cann. 1317 et 1318. |
| Can. 1320 - In omnibus in quibus religiosi subsunt Ordinario loci, possunt ab eodem poenis coerceri. | Can. 1320 - In omnibus in quibus religiosi subsunt Ordinario loci, possunt ab eodem poenis coerceri. | Can. 1320 - In omnibus in quibus religiosi subsunt Ordinario loci, possunt ab eodem poenis coerceri. |
| TITULUS III. DE SUBIECTO POENALIBUS SANCTIONIBUS OBNOXIO | TITULUS III. DE SUBIECTO POENALIBUS SANCTIONIBUS OBNOXIO | TITULUS III. DE SUBIECTO POENALIBUS SANCTIONIBUS OBNOXIO |
| | | Can. 1321 - § 1. **Quilibet innocens censetur donec contrarium probetur.** |
| Can. 1321 - § 1. Nemo punitur, nisi externa legis vel praecepti violatio, ab eo commissa, sit graviter imputabilis ex dolo vel ex culpa. | Can. 1321 - § *1*. Nemo punitur, nisi externa legis vel praecepti violatio, ab eo commissa, sit graviter imputabilis ex dolo vel ex culpa. | § **2**. Nemo punitur, nisi externa legis vel praecepti violatio, ab eo commissa, sit graviter imputabilis ex dolo vel ex culpa. |
| § 2. Poena lege vel praecepto statuta is tenetur, qui legem vel praeceptum deliberate violavit; qui vero id egit ex omissione debitae diligentiae, *non punitur, nisi lex vel praeceptum aliter caveat*. | § *2*. Poena lege vel praecepto statuta is tenetur, qui legem vel praeceptum deliberate violavit; qui vero id egit ex omissione debitae diligentiae ***poena minore quam statuta puniatur***. | § **3**. Poena lege vel praecepto statuta is tenetur, qui legem vel praeceptum deliberate violavit; qui vero id egit ex omissione debitae diligentiae, non punitur, nisi lex vel praeceptum aliter caveat. |
| § 3. Posita externa violatione, imputabilitas praesumitur, nisi aliud appareat. | § 3. Posita externa violatione, imputabilitas praesumitur, nisi aliud appareat. | § **4**. Posita externa violatione, imputabilitas praesumitur, nisi aliud appareat. |
| Can. 1322 - Qui habitualiter rationis usu carent, etsi legem vel praeceptum violaverint dum sani videbantur, delicti incapaces habentur. | Can. 1322 - Qui habitualiter rationis usu carent, etsi legem vel praeceptum violaverint dum sani videbantur, delicti incapaces habentur. | Can. 1322 - Qui habitualiter rationis usu carent, etsi legem vel praeceptum violaverint dum sani videbantur, delicti incapaces habentur. |
| Can. 1323 - Nulli poenae est obnoxius qui, cum legem vel praeceptum violavit: | Can. 1323 - Nulli poenae est obnoxius qui, cum legem vel praeceptum violavit: | Can. 1323 - Nulli poenae est obnoxius qui, cum legem vel praeceptum violavit: |
| 1° sextum decimum aetatis annum nondum explevit; | 1° sextum decimum aetatis annum nondum explevit; | 1º sextum decimum aetatis annum nondum explevit; |
| 2° sine culpa ignoravit se legem vel praeceptum violare; ignorantiae autem inadvertentia et error aequiparantur; | 2° sine culpa ignoravit se legem vel praeceptum violare; ignorantiae autem inadvertentia et error aequiparantur; | 2º sine culpa ignoravit se legem vel praeceptum violare; ignorantiae autem inadvertentia et error aequiparantur; |
| 3° egit ex vi physica vel ex casu fortuito, quem praevidere vel cui praeviso occurrere non potuit; | 3° egit ex vi physica vel ex casu fortuito, quem praevidere vel cui praeviso occurrere non potuit; | 3° egit ex vi physica vel ex casu fortuito, quem praevidere vel cui praeviso occurrere non potuit; |
| 4° metu gravi, quamvis relative tantum, coactus egit, aut ex necessitate vel gravi incommodo, nisi tamen actus sit intrinsece malus aut vergat in animarum damnum; | 4° metu gravi, quamvis relative tantum, coactus egit, aut ex necessitate vel gravi incommodo, nisi tamen actus sit intrinsece malus aut vergat in animarum damnum; | 4° metu gravi, quamvis relative tantum, coactus egit, aut ex necessitate vel gravi incommodo, nisi tamen actus sit intrinsece malus aut vergat in animarum damnum; |
| 5° legitimae tutelae causa contra iniustum sui vel alterius aggressorem egit, debitum servans moderamen; | 5° legitimae tutelae causa contra iniustum sui vel alterius aggressorem egit, debitum servans moderamen; | 5° legitimae tutelae causa contra iniustum sui vel alterius aggressorem egit, debitum servans moderamen; |

| ***CIC*/1983** | ***Schema*/2011**[1] | ***Pascite gregem Dei*/2021**[2] |
|---|---|---|
| 6° rationis usu carebat, firmis praescriptis cann. 1324, § 1, n. 2 et 1325; | 6° rationis usu carebat, firmis praescriptis cann. 1324, § 1, n. 2 et *1325*; | 6º rationis usu carebat, firmis praescriptis cann. 1324, § 1, n. 2, et **1326, § 1, n. 4**; |
| 7° sine culpa putavit aliquam adesse ex circumstantiis, de quibus in nn. 4 vel 5. | 7° sine culpa putavit aliquam adesse ex circumstantiis, de quibus in nn. 4 vel 5. | 7º sine culpa putavit aliquam adesse ex circumstantiis, de quibus in nn. 4 vel 5. |
| Can. 1324 - § 1. Violationis auctor non eximitur a poena, sed poena lege vel praecepto statuta temperari debet vel in eius locum paenitentia adhiberi, si delictum patratum sit: | Can. 1324 - § 1. Violationis auctor non eximitur a poena, sed poena lege vel praecepto statuta temperari debet vel in eius locum paenitentia adhiberi, si delictum patratum sit: | Can. 1324 - § 1. Violationis auctor non eximitur a poena, sed poena lege vel praecepto statuta temperari debet vel in eius locum paenitentia adhiberi, si delictum patratum sit: |
| 1° ab eo, qui rationis usum imperfectum tantum habuerit; | 1° ab eo, qui rationis usum imperfectum tantum habuerit; | 1° ab eo, qui rationis usum imperfectum tantum habuerit; |
| 2° ab eo qui rationis usu carebat propter ebrietatem aliamve similem mentis perturbationem, quae culpabilis fuerit; | 2° ab eo qui rationis usu carebat propter ebrietatem aliamve similem mentis perturbationem, quae culpabilis fuerit, **firmo praescripto can. 1326, § 1, n. 4** | 2° ab eo qui rationis usu carebat propter ebrietatem aliamve similem mentis perturbationem, quae culpabilis fuerit, firmo praescripto can. 1326, § 1, n. 4 |
| 3° ex gravi passionis aestu, qui non omnem tamen mentis deliberationem et voluntatis consensum praecesserit et impedierit, et dummodo passio ipsa ne fuerit voluntarie excitata vel nutrita; | 3° ex gravi passionis aestu, qui non omnem tamen mentis deliberationem et voluntatis consensum praecesserit et impedierit, et dummodo passio ipsa ne fuerit voluntarie excitata vel nutrita; | 3° ex gravi passionis aestu, qui non omnem tamen mentis deliberationem et voluntatis consensum praecesserit et impedierit, et dummodo passio ipsa ne fuerit voluntarie excitata vel nutrita; |
| 4° a minore, qui aetatem sedecim annorum explevit; | 4° a minore, qui aetatem sedecim annorum explevit; | 4° a minore, qui aetatem sedecim annorum explevit; |
| 5° ab eo, qui metu gravi, quamvis relative tantum, coactus est, aut ex necessitate vel gravi incommodo, si delictum sit intrinsece malum vel in animarum damnum vergat; | 5° ab eo, qui metu gravi, quamvis relative tantum, coactus est, aut ex necessitate vel gravi incommodo, si delictum sit intrinsece malum vel in animarum damnum vergat; | 5° ab eo, qui metu gravi, quamvis relative tantum, coactus est, aut ex necessitate vel gravi incommodo, si delictum sit intrinsece malum vel in animarum damnum vergat; |
| 6° ab eo, qui legitimae tutelae causa contra iniustum sui vel alterius aggressorem egit, nec tamen debitum servavit moderamen; | 6° ab eo, qui legitimae tutelae causa contra iniustum sui vel alterius aggressorem egit, nec tamen debitum servavit moderamen; | 6° ab eo, qui legitimae tutelae causa contra iniustum sui vel alterius aggressorem egit, nec tamen debitum servavit moderamen; |
| 7° adversus aliquem graviter et iniuste provocantem; | 7° adversus aliquem graviter et iniuste provocantem; | 7° adversus aliquem graviter et iniuste provocantem; |
| 8° ab eo, qui per errorem, ex sua tamen culpa, putavit aliquam adesse ex circumstantiis, de quibus in can. 1323, nn. 4 vel 5; | 8° ab eo, qui per errorem, ex sua tamen culpa, putavit aliquam adesse ex circumstantiis, de quibus in can. 1323, nn. 4 vel 5; | 8° ab eo, qui per errorem, ex sua tamen culpa, putavit aliquam adesse ex circumstantiis, de quibus in can. 1323, nn. 4 vel 5; |
| 9° ab eo, qui sine culpa ignoravit poenam legi vel praecepto esse adnexam; | 9° ab eo, qui sine culpa ignoravit poenam legi vel praecepto esse adnexam; | 9° ab eo, qui sine culpa ignoravit poenam legi vel praecepto esse adnexam; |
| 10° ab eo, qui egit sine plena imputabilitate, dummodo haec gravis permanserit. | 10° ab eo, qui egit sine plena imputabilitate, dummodo haec gravis permanserit. | 10° ab eo, qui egit sine plena imputabilitate, dummodo haec gravis permanserit. |
| § 2. Idem potest iudex facere, si qua alia adsit circumstantia, quae delicti gravitatem deminuat. | § 2. Idem potest iudex facere, si qua alia adsit circumstantia, quae delicti gravitatem deminuat. | § 2. Idem potest iudex facere, si qua alia adsit circumstantia, quae delicti gravitatem deminuat. |
| § 3. In circumstantiis, de quibus in § 1, reus poena latae sententiae non tenetur. | § 3. In circumstantiis, de quibus in § 1, reus poena latae sententiae non tenetur. | § 3. In circumstantiis, de quibus in § 1, reus poena latae sententiae non tenetur, **attamen ad resipiscentiam vel ad scandali reparationem, ipsi poenae mitiores irrogari vel poenitentiae applicari possunt**. |
| Can. 1325 - Ignorantia crassa vel supina vel affectata numquam considerari potest in applicandis praescriptis cann. 1323 et 1324; [ad 1326 § 1, 4º] | Can. 1325 - Ignorantia crassa vel supina vel affectata numquam considerari potest in applicandis praescriptis cann. 1323 et 1324. | Can. 1325 - Ignorantia crassa vel supina vel affectata numquam considerari potest in applicandis praescriptis cann. 1323 et 1324. |
| Can. 1326 - § 1. Iudex gravius punire potest quam lex vel praeceptum statuit: | Can. 1326 - § 1. Iudex gravius punire potest quam lex vel praeceptum statuit: | Can. 1326 - § 1. Iudex gravius punire potest quam lex vel praeceptum statuit: |

| *CIC*/1983 | *Schema*/2011[1] | *Pascite gregem Dei*/2021[2] |
|---|---|---|
| 1° eum, qui post condemnationem vel poenae declarationem ita delinquere pergit, ut ex adiunctis prudenter eius pertinacia in mala voluntate conici possit; | 1° eum, qui post condemnationem vel poenae declarationem ita delinquere pergit, ut ex adiunctis prudenter eius pertinacia in mala voluntate conici possit; | 1° eum, qui post condemnationem vel poenae declarationem ita delinquere pergit, ut ex adiunctis prudenter eius pertinacia in mala voluntate conici possit; |
| 2° eum, qui in dignitate aliqua constitutus est, vel qui auctoritate aut officio abusus est ad delictum patrandum; | 2° eum, qui in dignitate aliqua constitutus est, vel qui auctoritate aut officio abusus est ad delictum patrandum; | 2° eum, qui in dignitate aliqua constitutus est, vel qui auctoritate aut officio abusus est ad delictum patrandum; |
| 3° reum, qui, cum poena in delictum culposum constituta sit, eventum praevidit et nihilominus cautiones ad eum vitandum omisit, quas diligens quilibet adhibuisset.<br>[Can. 1325. […] *item* ebrietas aliaeve mentis perturbationes, *si* sint de industria ad delictum patrandum vel excusandum quaesitae, *et* passio, *quae* voluntarie excitata vel nutrita *sit*.] | 3° reum, qui, cum poena in delictum culposum constituta sit, eventum praevidit et nihilominus cautiones ad eum vitandum omisit, quas diligens quilibet adhibuisset.<br>**4º *reum* qui deliquerit *ob*** ebrietatem aliasve mentis perturbationes, **quae** sint de industria ad delictum patradum vel excusandum quaesitae, **aut ob** passionem voluntarie excitatam vel nutritam. | 3° reum, qui, cum poena in delictum culposum constituta sit, eventum praevidit et nihilominus cautiones ad eum vitandum omisit, quas diligens quilibet adhibuisset.<br>**4º eum**, qui deliquerit **in statu** ebrietatis aliusve mentis perturbationis, quae sint de industria ad delictum patrandum vel excusandum quaesitae, aut ob passionem voluntarie excitatam vel nutritam. |
| § 2. In casibus, de quibus in § 1, si poena constituta sit latae sententiae, alia poena addi potest vel paenitentia. | § 2. In casibus, de quibus in § 1, si poena constituta sit latae sententiae, alia poena addi potest vel paenitentia.<br><br>**§ 3. In iisdem casibus, si poena constituta sit ut facultativa, fit obligatoria.** | § 2. In casibus, de quibus in § 1, si poena constituta sit latae sententiae, alia poena addi potest vel paenitentia.<br><br>§ 3. In iisdem casibus, si poena constituta sit ut facultativa, fit obligatoria. |
| Can. 1327 - Lex particularis potest alias circumstantias eximentes, attenuantes vel aggravantes, praeter casus in cann. 1323-1326, statuere, sive generali norma, sive pro singulis delictis. Item in praecepto possunt circumstantiae statui, quae a poena praecepto constituta eximant, vel eam attenuent vel aggravent. | Can. 1327 - Lex particularis potest alias circumstantias eximentes, attenuantes vel aggravantes, praeter casus **de quibus** in cann. 1323-1326, statuere, sive generali norma, sive pro singulis delictis. Item in praecepto possunt circumstantiae statui, quae a poena praecepto constituta eximant, vel eam attenuent vel aggravent. | Can. 1327 - Lex particularis potest alias circumstantias eximentes, attenuantes vel aggravantes, praeter casus de quibus in cann. 1323-1326, statuere, sive generali norma, sive pro singulis delictis. Item in praecepto possunt circumstantiae statui, quae a poena praecepto constituta eximant, vel eam attenuent vel aggravent. |
| Can. 1328 - § 1. Qui aliquid ad delictum patrandum egit vel omisit, nec tamen, praeter suam voluntatem, delictum consummavit, non tenetur poena in delictum consummatum statuta, nisi lex vel praeceptum aliter caveat. | Can. 1328 - § 1. Qui aliquid ad delictum patrandum egit vel omisit, nec tamen, praeter suam voluntatem, delictum consummavit, non tenetur poena in delictum consummatum statuta, nisi lex vel praeceptum aliter caveat. | Can. 1328 - § 1. Qui aliquid ad delictum patrandum egit vel omisit, nec tamen, praeter suam voluntatem, delictum consummavit, non tenetur poena in delictum consummatum statuta, nisi lex vel praeceptum aliter caveat. |
| § 2. Quod si actus vel omissiones natura sua ad delicti executionem conducant, auctor potest paenitentiae vel remedio poenali subici, nisi sponte ab incepta delicti executione destiterit. Si autem scandalum aliudve grave damnum vel periculum evenerit, auctor, etsi sponte destiterit, iusta potest poena puniri, leviore tamen quam quae in delictum consummatum constituta est. | § 2. Quod si actus vel omissiones natura sua ad delicti executionem conducant, auctor potest paenitentiae vel remedio poenali subici, nisi sponte ab incepta delicti executione destiterit. Si autem scandalum aliudve grave damnum vel periculum evenerit, auctor, etsi sponte destiterit, iusta potest poena puniri, leviore tamen quam quae in delictum consummatum constituta est. | § 2. Quod si actus vel omissiones natura sua ad delicti executionem conducant, auctor potest paenitentiae vel remedio poenali subici, nisi sponte ab incepta delicti executione destiterit. Si autem scandalum aliudve grave damnum vel periculum evenerit, auctor, etsi sponte destiterit, iusta potest poena puniri, leviore tamen quam quae in delictum consummatum constituta est. |
| Can. 1329 - § 1. Qui communi delinquendi consilio in delictum concurrunt, neque in lege vel praecepto expresse nominantur, si poenae ferendae sententiae in auctorem principalem constitutae sint, iisdem poenis subiciuntur vel aliis eiusdem vel minoris gravitatis. | Can. 1329 - § 1. Qui communi delinquendi consilio in delictum concurrunt, neque in lege vel praecepto expresse nominantur, si poenae ferendae sententiae in auctorem principalem constitutae sint, iisdem poenis subiciuntur vel aliis eiusdem vel minoris gravitatis. | Can. 1329 - § 1. Qui communi delinquendi consilio in delictum concurrunt, neque in lege vel praecepto expresse nominantur, si poenae ferendae sententiae in auctorem principalem constitutae sint, iisdem poenis subiciuntur vel aliis eiusdem vel minoris gravitatis. |
| § 2. In poenam latae sententiae delicto adnexam incurrunt complices, qui in lege vel praecepto non nominantur, si sine eorum opera delictum patratum non esset, et poena sit talis | § 2. In poenam latae sententiae delicto adnexam incurrunt complices, qui in lege vel praecepto non nominantur, si sine eorum opera delictum patratum non esset, et poena sit talis | § 2. In poenam latae sententiae delicto adnexam incurrunt complices, qui in lege vel praecepto non nominantur, si sine eorum opera delictum patratum non esset, et poena sit talis |

| ***CIC*/1983** | ***Schema*/2011**[1] | ***Pascite gregem Dei*/2021**[2] |
|---|---|---|
| naturae, ut ipsos afficere possit; secus poenis ferendae sententiae puniri possunt. | naturae, ut ipsos afficere possit; secus poenis ferendae sententiae puniri possunt. | naturae, ut ipsos afficere possit; secus poenis ferendae sententiae puniri possunt. |
| Can. 1330 - Delictum quod in declaratione consistat vel in alia voluntatis vel doctrinae vel scientiae manifestatione, tamquam non consummatum censendum est, si nemo eam declarationem vel manifestationem percipiat. | Can. 1330 - Delictum quod in declaratione consistat vel in alia voluntatis vel doctrinae vel scientiae manifestatione, tamquam non consummatum censendum est, si nemo eam declarationem vel manifestationem percipiat. | Can. 1330 - Delictum quod in declaratione consistat vel in alia voluntatis vel doctrinae vel scientiae manifestatione, tamquam non consummatum censendum est, si nemo eam declarationem vel manifestationem percipiat. |
| TITULUS IV. DE POENIS ALIISQUE PUNITIONIBUS | TITULUS IV. DE POENIS ALIISQUE PUNITIONIBUS | TITULUS IV. DE POENIS ALIISQUE PUNITIONIBUS |
| CAPUT I. DE CENSURIS | CAPUT I. DE CENSURIS | CAPUT I. DE CENSURIS |
| Can. 1331 - § 1. Excommunicatus *vetatur*: | Can. 1331 - § 1. Excommunicatus **prohibetur**: | Can. 1331 - § 1. Excommunicatus prohibetur: |
| 1° ullam habere *participationem ministerialem* in celebrandis Eucharistiae Sacrificio vel *quibuslibet aliis* cultus *caerimoniis*; | 1° Eucharistiae Sacrificium et **reliqua** sacramenta celebrare; | 1º Eucharistiae Sacrificium et reliqua sacramenta celebrare; |
| 2° sacramenta vel sacramentalia celebrare et sacramenta recipere; | 2° sacramenta recipere;<br>**3º** sacramentalia *vel* **reliquias** cultus **caeremonias** celebrare;<br>**4º in celebrationibus antea recensitis** ullam **partem activam** habere**;** | 2º sacramenta recipere;<br>3º sacramentalia **administrare et** reliquas cultus **liturgici** caeremonias celebrare;<br>4º in celebrationibus antea recensitis ullam partem activam habere; |
| 3° *ecclesiasticis* officiis *vel* ministeriis *vel* muneribus *quibuslibet fungi vel* actus regiminis ponere. | **5º** officia, munera, ministeria, **functiones exercere;**<br><br>**6º** actus ***potestatis*** regiminis ponere. | 5º **ecclesiastica** officia, munera, ministeria **et** functiones exercere;<br>6º actus regiminis ponere. |
| § 2. Quod si excommunicatio irrogata vel declarata sit, reus: | § 2. Quod si excommunicatio irrogata vel declarata sit, reus: | § 2. Quod si excommunicatio **ferendae sententiae** irrogata vel **latae sententiae** declarata sit, reus: |
| 1° si agere velit contra praescriptum § 1, n. 1, *est arcendus aut* a liturgica actione est cessandum, nisi gravis obstet causa; | 1° si agere velit contra praescriptum § 1, n**n**. 1-**4**, ***nec monitus recedat*,** a liturgica actione est cessandum, nisi gravis obstet causa; | 1º si agere velit contra praescriptum § 1, nn. 1-4, est arcendus aut a liturgica actione est cessandum, nisi gravis obstet causa; |
| 2° invalide ponit actus regiminis, qui ad normam § 1, n. *3*, sunt illiciti; | 2° invalide ponit actus regiminis, qui ad normam § 1, n. **6**, sunt illiciti; | 2° invalide ponit actus regiminis, qui ad normam § 1, n. **6**, sunt illiciti; |
| 3° *vetatur frui* privilegiis antea concessis; | 3° **prohibetur *exercere iura vel*** privilegia antea concessis; | 3º prohibetur **frui** privilegiis antea concessis; |
| *4° nequit valide consequi dignitatem, officium aliudve munus in Ecclesia;* **[nn. 4-5 reversed]** | **4º retributiones, quae ob titulum mere ecclesiasticum habeat, non acquirit;** | 4º retributiones, quae ob titulum mere ecclesiasticum habeat, non acquirit; |
| *5° fructus dignitatis, officii, muneris cuiuslibet, pensionis, quam quidem habeat in Ecclesia, non facit suos.* | **5° inhabilis est** ad consequenda officia, munera, **ministeria, functiones, iura, privilegia, titulos honorificos.** | 5° inhabilis est ad consequenda officia, munera, ministeria, functiones, iura, privilegia, **et** titulos honorificos. |
| Can. 1332 - Interdictus tenetur *vetitis*, de quibus in can. 1331, § 1, nn. 1 *et 2*; | Can. 1332 - **§ 1.** Interdictus tenetur **prohibitionibus**, de quibus in can. 1331, § 1, nn. 1-**4**. | Can. 1332 - § 1. Interdictus tenetur prohibitionibus, de quibus in can. 1331, § 1, nn. 1-4. |
| *quod si interdictum irrogatum vel declaratum sit,* praescriptum can. 1331, § 2, n. 1 servandum est. | **§ 2. Lex tamen vel praeceptum interdictum definire eo modo potest, ut *scilicet* tantum quaedam singulares actiones, de quibus in can. 1331, § 1, nn. 1-4, vel alia quaedam singularia iura reo prohibeantur.**<br>**§ 3. Etiam in casu interdicti** praescriptum can. 1331, § 2, n. **1**, servandum est. | § 2. Lex tamen vel praeceptum interdictum definire eo modo potest, ut tantum quaedam singulares actiones, de quibus in can. 1331, § 1, nn. 1-4, vel alia quaedam singularia iura reo prohibeantur.<br>§ 3. Etiam in casu interdicti praescriptum can. 1331, § 2, n. 1, servandum est. |

| ***CIC*/1983** | ***Schema*/2011**[1] | ***Pascite gregem Dei*/2021**[2] |
|---|---|---|
| [Cf. *CIC*/1917, c. 2274 §1. Si communitas seu collegium delictum perpetraverit, interdictum ferri potest vel in singulas personas delinquentes, vel in communitatem, uti talem, vel in personas delinquentes et in communitatem.] | ***§ 4. Interdictum irrogari quoque potest personis ratione earum adscriptionis cuidam coetui vel consociationi.*** | |
| Can. 1333 - § 1. Suspensio, quae clericos tantum afficere potest, *vetat*: | Can. 1333 - § 1. Suspensio, *quae clericos tantum afficere potest*, **prohibet**: | Can. 1333 - § 1. Suspensio prohibet: |
| 1° *vel* omnes vel aliquos actus potestatis ordinis; | 1° omnes vel aliquos actus potestatis ordinis; | 1° omnes vel aliquos actus potestatis ordinis; |
| 2° *vel* omnes vel aliquos actus potestatis regiminis; | 2° omnes vel aliquos actus potestatis regiminis; | 2° omnes vel aliquos actus potestatis regiminis; |
| 3° exercitium *vel* omnium vel aliquorum iurium vel munerum officio inhaerentium. | 3° exercitium omnium vel aliquorum iurium vel munerum officio inhaerentium. | 3° exercitium omnium vel aliquorum iurium vel munerum officio inhaerentium. |
| § 2. In lege vel praecepto statui potest, ut post sententiam condemnatoriam vel declaratoriam actus regiminis suspensus valide ponere nequeat. | § 2. In lege vel praecepto statui potest, ut post sententiam *condemnatoriam* vel *declaratoriam* actus regiminis suspensus valide ponere nequeat. | § 2. In lege vel praecepto statui potest, ut post sententiam vel **decretum, quae poenam irrogant vel declarant**, actus regiminis suspensus valide ponere nequeat. |
| § 3. *Vetitum* numquam afficit: | § 3. **Prohibitio** numquam afficit: | § 3. Prohibitio numquam afficit: |
| 1° officia vel regiminis potestatem, quae non sint sub potestate Superioris poenam constituentis; | 1° officia vel regiminis potestatem, quae non sint sub potestate Superioris poenam constituentis; | 1° officia vel regiminis potestatem, quae non sint sub potestate Superioris poenam constituentis; |
| 2° ius habitandi, si quod reus ratione officii habeat; | 2° ius habitandi, si quod reus ratione officii habeat; | 2° ius habitandi, si quod reus ratione officii habeat; |
| 3° ius administrandi bona, quae ad ipsius suspensi officium forte pertineant, si poena sit latae sententiae. | 3° ius administrandi bona, quae ad ipsius suspensi officium forte pertineant, si poena sit latae sententiae. | 3° ius administrandi bona, quae ad ipsius suspensi officium forte pertineant, si poena sit latae sententiae. |
| § 4. Suspensio *vetans* fructus, stipendium, pensiones aliave eiusmodi percipere, obligationem secumfert restituendi quidquid illegitime, quamvis bona fide, perceptum sit. | § 4. Suspensio **prohibens** fructus, stipendium, pensiones aliave eiusmodi percipere, obligationem secumfert restituendi quidquid illegitime, quamvis bona fide, perceptum sit. | § 4. Suspensio prohibens fructus, stipendium, pensiones aliave eiusmodi percipere, obligationem secumfert restituendi quidquid illegitime, quamvis bona fide, perceptum sit. |
| Can. 1334 - § 1. Suspensionis ambitus, intra limites canone praecedenti statutos, aut ipsa lege vel praecepto definitur, aut sententia vel decreto quo poena irrogatur. | Can. 1334 - § 1. Suspensionis ambitus, intra limites canone praecedenti statutos, aut ipsa lege vel praecepto definitur, aut sententia vel decreto quo poena irrogatur. | Can. 1334 - § 1. Suspensionis ambitus, intra limites canone praecedenti statutos, aut ipsa lege vel praecepto definitur, aut sententia vel decreto quo poena irrogatur. |
| § 2. Lex, non autem praeceptum, potest latae sententiae suspensionem, nulla addita determinatione vel limitatione, constituere; eiusmodi autem poena omnes effectus habet, qui in can. 1333, § 1 recensentur. | § 2. Lex, non autem praeceptum, potest latae sententiae suspensionem, nulla addita determinatione vel limitatione, constituere; eiusmodi autem poena omnes effectus habet, qui in can. 1333, § 1 recensentur. | § 2. Lex, non autem praeceptum, potest latae sententiae suspensionem, nulla addita determinatione vel limitatione, constituere; eiusmodi autem poena omnes effectus habet, qui in can. 1333, § 1 recensentur. |
| | | Can. 1335 - **§ 1. Si censuram infligat vel declaret in processu iudiciali aut per decretum extra iudicium, auctoritas competens potest quoque eas poenas expiatorias imponere, quas ad iustitiam restituendam vel ad scandalum reparandum necessarias censeat.** |
| Can. 1335 - Si censura *vetet* celebrare sacramenta vel sacramentalia vel ponere actum regiminis, *vetitum* suspenditur, quoties id necessarium sit ad consulendum fidelibus in mortis periculo constitutis; quod si censura latae sententiae non sit declarata, *vetitum* praeterea suspenditur, | Can. 1335 - Si censura **prohibeat** celebrare sacramenta vel sacramentalia vel ponere actum **potestatis** regiminis, **prohibitio** suspenditur, quoties id necessarium sit ad consulendum fidelibus in mortis periculo constitutis; quod si censura latae sententiae non sit declarata, **prohibitio** praeterea suspenditur, quoties fidelis petit sacramentum vel | § 2. Si censura prohibeat celebrare sacramenta vel sacramentalia vel ponere actum potestatis regiminis, prohibitio suspenditur, quoties id necessarium sit ad consulendum fidelibus in mortis periculo constitutis; quod si censura latae sententiae non sit declarata, prohibitio praeterea suspenditur, quoties fidelis petit sacramentum vel |

| *CIC*/1983 | *Schema*/2011[1] | *Pascite gregem Dei*/2021[2] |
|---|---|---|
| quoties fidelis petit sacramentum vel sacramentale vel actum regiminis; id autem petere ex qualibet iusta causa licet. | sacramentale vel actum **potestatis** regiminis; id autem petere ex qualibet iusta causa licet. | sacramentale vel actum potestatis regiminis; id autem petere ex qualibet iusta causa licet. |
| CAPUT II. DE POENIS EXPIATORIIS | CAPUT II. DE POENIS EXPIATORIIS | CAPUT II. DE POENIS EXPIATORIIS |
| Can. 1336 - § 1. Poenae expiatoriae, quae delinquentem afficere possunt aut in perpetuum aut in tempus praefinitum aut in tempus indeterminatum, praeter alias, quas forte lex constituerit, *hae* sunt:<br><br>[Cf. *CIC*/1917, cc. 2291, 2298] | Can. 1336 - § 1. Poenae expiatoriae, quae delinquentem afficere possunt aut in perpetuum aut in tempus praefinitum aut in tempus indeterminatum, praeter alias, quas forte lex ***vel praeceptum*** constituerit, sunt ***praescriptiones, prohibitiones, privationes, inhabilitationes, dimissiones,*** **quae *praesertim* in §§ *sequentibus* recensentur.** | Can. 1336 - § 1. Poenae expiatoriae, quae delinquentem afficere possunt aut in perpetuum aut in tempus praefinitum aut in tempus indeterminatum, praeter alias, quas forte lex constituerit, sunt quae in §§ **2-5** recensentur. |
| <br>1° <u>prohibitio</u> *vel* praescriptio commorandi in certo loco vel territorio;<br><br>*4° translatio poenalis ad aliud officium*; | **§ 2. *Praescriptiones*:**<br>1° commorandi in certo loco vel territorio;<br>**2° solvendi mulctam pecuniariam seu summam pecuniae in fines Ecclesiae, iuxta rationes ab Episcoporum conferentia definitas *et Status legibus consentaneas*.** | § 2. **Praescriptio**:<br>1º commorandi in certo loco vel territorio;<br>2º solvendi mulctam pecuniariam seu summam pecuniae in fines Ecclesiae, iuxta rationes ab Episcoporum conferentia definitas. |
| <br><br>*3°* <u>prohibitio ea exercendi, quae sub n. 2 recensentur, vel prohibitio ea in certo loco vel extra certum locum exercendi;</u> | **§ 3. *Prohibitiones*:**<br>1° commorandi in certo loco vel territorio;<br>**2° exercendi omnia vel aliqua officia <u>aut</u> munera vel aliquas tantum *functiones* officiis aut muneribus inhaerentes;**<br><br>**3° ponendi omnes vel aliquos actus potestatis ordinis;**<br>**4° ponendi omnes vel aliquos actus potestatis regiminis;**<br>***5° exercendi ministeria lectoris vel acolythi;***<br>***6° peragendi functiones in sacra liturgia vel in aliis cultus caeremoniis;***<br>***7° explendi alias functiones, ut sunt praesertim: praedicare verbum Dei, impertiri catecheticam instructionem, docere scientias sacras, administrare bona ecclesiastica;***<br>***8° exercendi officia, munera,*** **<u>ministeria, functiones</u>** ***vel ponendi actus potestatis*** **<u>in certo loco vel territorio aut extra illa</u>;**<br>**9° exercendi aliquod ius vel privilegium aut utendi insignibus vel titulis;**<br>***10° exercendi functionem patrini in baptismo aut in confirmatione;***<br>***11° adstandi ut testis in celebratione canonica matrimonii;***<br>***12°*** **<u>partem habendi in consiliis ecclesialibus</u>;**<br>***13° utendi*** **voce activa vel passiva in electionibus *ecclesialibus*.** | § 3. **Prohibitio**:<br>1º commorandi in certo loco vel territorio;<br>2º exercendi, **ubique aut** in certo loco vel territorio aut extra illa, omnia vel aliqua officia, munera, ministeria aut functiones vel aliqua tantum **opera** officiis aut muneribus inhaerentia;<br>3º ponendi omnes vel aliquos actus potestatis ordinis;<br>4º ponendi omnes vel aliquos actus potestatis regiminis;<br><br><br><br><br><br><br><br><br><br><br><br>**5**º exercendi aliquod ius vel privilegium aut utendi insignibus vel titulis; |

| ***CIC*/1983** | ***Schema*/2011**[1] | ***Pascite gregem Dei*/2021**[2] |
|---|---|---|
| | | **6º fruendi** voce activa vel passiva in electionibus **canonicis** vel partem habendi **cum iure ferendi suffragium** in consiliis **vel collegiis** ecclesialibus**;**<br>**7º deferendi habitum ecclesiasticum vel religiosum.** |
| 2° privatio potestatis, officii, muneris, iuris, privilegii, facultatis, *gratiae*, tituli, insigni*s*, *etiam mere honorifici*; | **§ 4. *Privationes*:**<br>**1° omnium vel aliquorum** officiorum ***aut*** munerum **vel aliquarum tantum *functionum* officiis aut muneribus inhaerentium;**<br>**2°** facultatis ***absolvendi*;**<br>**3°** potestatis **regiminis delegatae;**<br>***4° ministerii lectoris vel acolythi;***<br>***5°* alicuius** iuris **vel** privilegii **aut** insigni**um vel** tituli**;**<br>***6°* totius vel partis remunerationis ecclesiasticae, iuxta rationes ab Episcoporum conferentia statutas *et Status legibus consentaneas.*** | § 4. **Privatio**:<br>1º omnium vel aliquorum officiorum, munerum, **ministeriorum aut functionum** vel aliquorum tantum **operum** officiis aut muneribus inhaerentium;<br>2º facultatis **confessiones excipiendi vel praedicandi**;<br>3º potestatis regiminis delegatae;<br><br>4º alicuius iuris vel privilegii aut insignium vel tituli;<br>5º totius vel partis remunerationis ecclesiasticae, iuxta rationes ab Episcoporum conferentia statutas, **salvo quoque praescripto can. 1350, § 1.** |
| | ***§ 5. Inhabilitationes:***<br>***1° consequendi omnia vel aliqua officia aut munera;***<br>***2° recipiendi ordines sacros;***<br>***3° recipiendi facultatem absolvendi;***<br>***4° recipiendi potestatem regiminis delegatam;***<br>***5° consequendi functiones in sacra liturgia vel in cultus celebrationibus vel in aliis vitae ecclesialis ambitibus;***<br>***6° recipiendi institutionem ad lectoratum vel acolythatum;***<br>***7° consequendi aliquod ius, privilegium, titulum honorificum.*** | |
| 5° dimissio e statu clericali. | § 6. Dimissio e statu clericali. | § 5. Dimissio e statu clericali. |
| Can. 1337 - § 1. Prohibitio commorandi in certo loco vel territorio sive clericos sive religiosos afficere potest; praescriptio autem commorandi, clericos saeculares et, intra limites constitutionum, religiosos. | Can. 1337 - § 1. Prohibitio commorandi in certo loco vel territorio sive clericos sive religiosos afficere potest; praescriptio autem commorandi, clericos saeculares et, intra limites constitutionum, religiosos. | Can. 1337 - § 1. Prohibitio commorandi in certo loco vel territorio sive clericos sive religiosos afficere potest; praescriptio autem commorandi, clericos saeculares et, intra limites constitutionum, religiosos. |
| § 2. Ut praescriptio commorandi in certo loco vel territorio irrogetur, accedat oportet consensus Ordinarii illius loci, nisi agatur de domo extradioecesanis quoque clericis paenitentibus vel emendandis destinata. | § 2. Ut praescriptio commorandi in certo loco vel territorio irrogetur, accedat oportet consensus Ordinarii illius loci, nisi agatur de domo extradioecesanis quoque clericis paenitentibus vel emendandis destinata.<br>***§ 3. Prohibitio adstandi ut testis in celebratione canonica matrimonii suspenditur cum propter circumstantias, nisi ut testis adsit, qui prohibitionem habet, matrimonium valide celebrari nequeat.***<br>***§ 4. Auctoritas ecclesiastica cum applicat poenam privationis totius vel partis remunerationis ecclesiasticae curet, attenta aequitate, ne reus careat iis quae ad honestam sustentationem sunt necessaria.*** | § 2. Ut praescriptio commorandi in certo loco vel territorio irrogetur, accedat oportet consensus Ordinarii illius loci, nisi agatur de domo extradioecesanis quoque clericis paenitentibus vel emendandis destinata. |

| ***CIC*/1983** | ***Schema*/2011**[1] | ***Pascite gregem Dei*/2021**[2] |
|---|---|---|
| Can. 1338 - § 1. *Privationes et prohibitiones*, quae in can. 1336*, § 1, nn. 2 et 3* recensentur, numquam afficiunt *potestates, officia, munera*, iura, *privilegia, facultates, gratias, titulos, insignia,* quae non sint sub potestate Superioris poenam constituentis. | Can. 1338 - § 1. ***Sanctiones***, quae in can. 1336, numquam afficiunt iura quae non sint sub potestate Superioris poenam constituentis. | Can. 1338 - § 1. **Poenae expiatoriae**, quae in can. 1336 recensentur, numquam afficiunt potestates, officia, munera, iura, privilegia, facultates, gratias, titulos, insignia, quae non sint sub potestate Superioris poenam constituentis. |
| § 2. Potestatis ordinis privatio dari nequit, sed tantum prohibitio eam vel aliquos eius actus exercendi; item dari nequit privatio graduum academicorum. | § 2. Potestatis ordinis privatio dari nequit, sed tantum prohibitio eam vel aliquos eius actus exercendi; item dari nequit privatio graduum academicorum. | § 2. Potestatis ordinis privatio dari nequit, sed tantum prohibitio eam vel aliquos eius actus exercendi; item dari nequit privatio graduum academicorum. |
| § 3. De prohibitionibus, quae in can. 1336, § *1, n. 3* indicantur, norma servanda est, quae de censuris datur in can. 1335.<br><br>Can. 1336 - § 2. Latae sententiae eae tantum poenae expiatoriae esse possunt*,* quae in *§ 1, n. 3* recensentur.<br><br>Can. 1336 - § 1, 3º. … prohibitiones numquam sunt sub poena nullitatis. | § 3. De prohibitionibus, quae in can. 1336, § **3** indicantur, norma servanda est, quae de censuris datur in can. 1335.<br><br>**§ 4.** Latae sententiae eae tantum poenae expiatoriae esse possunt quae **ut prohibitiones** in **can. 1336, § 3** recensentur **vel aliae quae forte lege aut praecepto constitutae sint.**<br>**§ 5.** Prohibitiones **de quibus in can. 1336, § 3** numquam sunt sub poena nullitatis. | § 3. De prohibitionibus, quae in can. 1336, § 3, indicantur, norma servanda est, quae de censuris datur in can. 1335, **§ 2**.<br><br>§ 4. Latae sententiae eae tantum poenae expiatoriae esse possunt, quae ut prohibitiones in can. 1336, § 3, recensentur vel aliae quae forte lege aut praecepto constitutae sint.<br>§ 5. Prohibitiones de quibus in can. 1336, § 3, numquam sunt sub poena nullitatis. |
| CAPUT III. DE REMEDIIS POENALIBUS ET PAENITENTIIS | CAPUT III. DE REMEDIIS POENALIBUS ET PAENITENTIIS | CAPUT III. DE REMEDIIS POENALIBUS ET PAENITENTIIS |
| Can. 1339 - § 1. Eum, qui versatur in proxima delinquendi occasione, vel in quem, ex investigatione peracta, gravis cadit suspicio delicti commissi, Ordinarius per se vel per alium monere potest. | Can. 1339 - § 1. Eum, qui versatur in proxima delinquendi occasione, vel in quem, ex investigatione peracta, gravis cadit suspicio delicti commissi, Ordinarius per se vel per alium monere potest. | Can. 1339 - § 1. Eum, qui versatur in proxima delinquendi occasione, vel in quem, ex investigatione peracta, gravis cadit suspicio delicti commissi, Ordinarius per se vel per alium monere potest. |
| § 2. Eum vero, ex cuius conversatione scandalum vel gravis ordinis perturbatio oriatur, etiam corripere potest, modo peculiaribus personae et facti condicionibus accommodato. | § 2. Eum *vero,* ex cuius conversatione scandalum vel gravis ordinis perturbatio oriatur, *etiam* corripere potest, modo peculiaribus personae et facti condicionibus accommodato. | § 2. Eum ex cuius conversatione scandalum vel gravis ordinis perturbatio oriatur, **Ordinarius** corripere potest, modo peculiaribus personae et facti condicionibus accommodato. |
| § 3. De monitione et correptione constare semper debet saltem ex aliquo documento, quod in secreto curiae archivo servetur. | § 3. De monitione et correptione constare semper debet saltem ex aliquo documento, quod in secreto curiae archivo servetur. | § 3. De monitione et correptione constare semper debet saltem ex aliquo documento, quod in secreto curiae archivo servetur. |

| ***CIC*/1917** | ***Schema*/2011** | ***Pascite gregem Dei*/2021** |
|---|---|---|
| Can. 2310. - Monitionibus *et* correptionibus *incassum factis*, vel si ex *eisdem* effectum *sperare* non liceat, *datur* praeceptum, quo quid *agere quidve evitare praeventus debeat*, accurate *indicetur*, *cum poenae comminatione in casu transgressionis*. | **§ 4. Si**, **semel vel pluries *pro prudentia***, monitiones **vel** correptiones **inutiliter alicui factae sint**, vel si ex **iis** *effectum* ***expectari*** non liceat, **Ordinarius det** praeceptum **poenale**, **in** quo accurate **praescribat quid agendum vel vitandum sit**. | § 4. Si, semel vel pluries, monitiones vel correptiones inutiliter alicui factae sint, vel si ex iis **effectus exspectare** non liceat, Ordinarius det praeceptum poenale, in quo accurate praescribat quid agendum vel vitandum sit. |
| Can. 2311 - §1. Si casus gravitas ferat *et praecipue* si *agatur de eo qui* in periculo versetur relabendi in *idem crimen*, eum Ordinarius submittat vigilantiae. | **§ 5.** Si casus gravitas ferat, **ac praesertim** si **quis** versetur in periculo relabendi in **delictum**, eum Ordinarius, **etiam praeter poenas ad normam iuris irrogatas vel declaratas** | § 5. Si casus gravitas ferat, ac praesertim si quis versetur in periculo relabendi in delictum, eum Ordinarius, etiam praeter poenas ad normam iuris irrogatas vel declaratas per |

| | | |
|---|---|---|
| *§2. Vigilantia praecipi quoque potest ad augendam poenam, praecipue in recidivos.* | **per sententiam vel decretum**, submittat vigilantiae **modo per decretum singulare determinato**. | sententiam vel decretum, submittat vigilantiae modo per decretum singulare determinato. |

| ***CIC*/1983** | ***Schema*/2011** | ***Pascite gregem Dei*/2021** |
|---|---|---|
| Can. 1340 - § 1. Paenitentia, quae imponi potest in foro externo, est aliquod religionis vel pietatis vel caritatis opus peragendum. | Can. 1340 - § 1. Paenitentia, quae imponi potest in foro externo, est aliquod religionis vel pietatis vel caritatis opus peragendum. | Can. 1340 - § 1. Paenitentia, quae imponi potest in foro externo, est aliquod religionis vel pietatis vel caritatis opus peragendum. |
| § 2. Ob transgressionem occultam numquam publica imponatur paenitentia. | § 2. Ob transgressionem occultam numquam publica imponatur paenitentia. | § 2. Ob transgressionem occultam numquam publica imponatur paenitentia. |
| § 3. Paenitentias Ordinarius pro sua prudentia addere potest poenali remedio monitionis vel correptionis. | § 3. Paenitentias Ordinarius pro sua prudentia addere potest poenali remedio monitionis vel correptionis. | § 3. Paenitentias Ordinarius pro sua prudentia addere potest poenali remedio monitionis vel correptionis. |
| TITULUS V. DE POENIS APPLICANDIS | TITULUS V. DE *POENIS APPLICANDIS* | TITULUS V. DE **POENARUM APPLICATIONE** |
| Can. 1341 - Ordinarius proceduram iudicialem vel administrativam ad poenas irrogandas vel declarandas *tunc tantum promovendam curet*, cum perspexerit neque *fraterna correctione* neque correptione neque aliis pastoralis sollicitudinis viis satis posse scandalum reparari, iustitiam restitui, reum emendari. | Can. 1341 - Ordinarius proceduram iudicialem vel administrativam ad poenas irrogandas vel declarandas **promovere debet, *attento etiam can. 1376,*** cum perspexerit neque **monitione** neque correptione neque *aliis* pastoralis sollicitudinis viis satis posse iustitiam restitui**,** reum emendari**,** scandalum reparari. | Can. 1341 - Ordinarius proceduram iudicialem vel administrativam ad poenas irrogandas vel declarandas promovere debet cum perspexerit neque pastoralis sollicitudinis **viis**, **praesertim fraterna correctione**, neque monitione neque correptione satis posse iustitiam restitui, reum emendari, scandalum reparari. |
| Can. 1342 - § 1. Quoties iustae obstent causae ne iudicialis processus fiat, poena irrogari vel declarari potest per decretum extra iudicium; remedia poenalia *autem* et paenitentiae applicari possunt per decretum in quolibet casu. | Can. 1342 - §1. Quoties iustae obstent causae ne iudicialis processus fiat, poena irrogari vel declarari potest per decretum extra iudicium, ***adamussim* servat*a procedura statuta in* can. 1720, praesertim quod attinet ad ius defensionis atque ad moralem certitudinem in animo eius qui decretum fert ad normam can. 1608.** Remedia poenalia et paenitentiae applicari possunt per decretum in quolibet casu. | Can. 1342 - § 1. Quoties iustae obstent causae ne iudicialis processus fiat, poena irrogari vel declarari potest per decretum extra iudicium, servat**o** can. 1720, praesertim quod attinet ad ius defensionis atque ad moralem certitudinem in animo eius qui decretum fert ad normam can. 1608. Remedia poenalia et paenitentiae applicari possunt per decretum in quolibet casu. |
| § 2. *Per decretum irrogari vel declarari non possunt poenae perpetuae, neque poenae quas lex vel praeceptum eas constituens vetet per decretum applicare.* | ***§ 2. Decretum quo irrogatur vel declaratur poena perpetua inhabilitationis vel dimissionis, ut efficax fiat, confirmandum est per decretum ab Apostolica Sede.*** | § 2. Per decretum irrogari vel declarari non possunt poenae perpetuae, neque poenae quas lex vel praeceptum eas constituens vetet per decretum applicare. |
| § 3. Quae in lege vel praecepto dicuntur de iudice, quod attinet ad poenam irrogandam vel declarandam in iudicio, applicanda sunt ad Superiorem, qui per decretum extra iudicium poenam irroget vel declaret, nisi aliter constet neque agatur de praescriptis quae ad procedendi tantum rationem attineant. | § 3. Quae in lege vel praecepto dicuntur de iudice, quod attinet ad poenam irrogandam vel declarandam in iudicio, applicanda sunt ad Superiorem, qui per decretum extra iudicium poenam irroget vel declaret, nisi aliter constet neque agatur de praescriptis quae ad procedendi tantum rationem attineant. | § 3. Quae in lege vel praecepto dicuntur de iudice, quod attinet ad poenam irrogandam vel declarandam in iudicio, applicanda sunt ad Superiorem, qui per decretum extra iudicium poenam irroget vel declaret, nisi aliter constet neque agatur de praescriptis quae ad procedendi tantum rationem attineant. |
| Can. 1343 - Si lex vel praeceptum iudici *det potestatem* applicandi vel non applicandi poenam, iudex potest etiam, pro sua conscientia et prudentia, poenam temperare vel in eius locum paenitentiam imponere. | Can. 1343 - ***§ 1.*** Si lex aut praeceptum iudici **facultatem concedat** applicandi vel non applicandi poenam, **iste, salvo praescripto can. 1326, § 3, rem definiat,** pro sua conscientia et prudentia, **iuxta id quod expostulant iustitiae restitutio, rei emendatio et scandali reparatio;** iudex **autem his in casibus** potest etiam, **si res ferat**, poenam temperare vel in eius locum paenitentiam imponere. | Can. 1343 - Si lex aut praeceptum iudici facultatem concedat applicandi vel non applicandi poenam, iste, salvo praescripto can. 1326, § 3, rem definiat, pro sua conscientia et prudentia, iuxta id quod expostulant iustitiae restitutio, rei emendatio et scandali reparatio; iudex autem his in casibus potest etiam, si res ferat, poenam temperare vel in eius locum paenitentiam imponere. |

| ***CIC*/1983** | ***Schema*/2011** | ***Pascite gregem Dei*/2021** |
|---|---|---|
| | ***§ 2. Quoties lex vel praeceptum iudici facultatem concedat poenam definiendi, iste, inspectis necessitatibus in § 1 recensitis, decernat poenam magis aptam ad delictum commissum puniendum, et sese remittat praesertim ad unam ex illis in can. 1336 statutis, haud exclusis etiam aliis poenis vel aliis remediis poenalibus vel paenitentiis, definiendo etiam gradum atque diuturnitatem poenae, necnon aestimando circumstantias quae in casu minuunt vel augent imputabilitatem.*** | |
| Can. 1344 - Etiamsi lex utatur verbis praeceptivis, iudex pro sua conscientia et prudentia potest: | Can. 1344 - *§ 1.* Etiamsi lex utatur verbis praeceptivis, iudex pro sua conscientia et prudentia potest: | Can. 1344 - Etiamsi lex utatur verbis praeceptivis, iudex pro sua conscientia et prudentia potest: |
| 1° poenae irrogationem in tempus magis opportunum differre, si ex praepropera rei punitione maiora mala eventura praevideantur; | 1° poenae irrogationem in tempus magis opportunum differre, si ex praepropera rei punitione maiora mala eventura praevideantur; | 1° poenae irrogationem in tempus magis opportunum differre, si ex praepropera rei punitione maiora mala eventura praevideantur; **nisi necessitas urgeat scandalum reparandi;** |
| 2° a poena irroganda abstinere vel poenam mitiorem irrogare aut paenitentiam adhibere, si reus emendatus sit et scandalum reparaverit, aut si ipse satis a civili auctoritate punitus sit vel punitum iri praevideatur; | 2° a poena irroganda abstinere vel poenam mitiorem irrogare aut paenitentiam adhibere, si reus emendatus sit et scandalum reparaverit, aut si ipse satis a civili auctoritate punitus sit vel punitum iri praevideatur; | 2º a poena irroganda abstinere vel poenam mitiorem irrogare aut paenitentiam adhibere, si reus emendatus sit**, necnon** scandalum et **damnum forte illatum** reparaverit, aut si ipse satis a civili auctoritate punitus sit vel punitum iri praevideatur; |
| 3° si reus primum post vitam laudabiliter peractam deliquerit neque necessitas urgeat reparandi scandalum, obligationem servandi poenam expiatoriam suspendere, ita tamen ut, si reus intra tempus ab ipso iudice determinatum rursus deliquerit, poenam utrique delicto debitam luat, nisi interim tempus decurrerit ad actionis poenalis pro priore delicto praescriptionem. | 3° si reus primum post vitam laudabiliter peractam deliquerit neque necessitas urgeat reparandi scandalum, obligationem servandi poenam expiatoriam suspendere, ita tamen ut, si reus intra tempus ab ipso iudice determinatum rursus deliquerit, poenam utrique delicto debitam luat, nisi interim tempus decurrerit ad actionis poenalis pro priore delicto praescriptionem.<br>***§ 2. Non licet autem poenae irrogationem differre, si agitur de delicto ex quo ortum est publicum scandalum aut a parte laesa illud denuntiatum est.*** | 3º obligationem servandi poenam expiatoriam suspendere, si reus primum post vitam laudabiliter peractam deliquerit neque necessitas urgeat reparandi scandalum, ita tamen ut, si reus intra tempus ab ipso iudice determinatum rursus deliquerit, poenam utrique delicto debitam luat, nisi interim tempus decurrerit ad actionis poenalis pro priore delicto praescriptionem. |
| Can. 1345 - Quoties delinquens vel usum rationis imperfectum tantum habuerit, vel delictum ex metu vel necessitate vel passionis aestu vel in ebrietate aliave simili mentis perturbatione patraverit, iudex potest etiam a qualibet punitione irroganda abstinere, si censeat aliter posse melius consuli eius emendationi. | Can. 1345 - Quoties delinquens vel usum rationis imperfectum tantum habuerit, vel delictum ex metu vel necessitate *vel* passionis aestu vel, **salvo praescripto can. 1326, § 1, n. 4,** in ebrietate aliave simili mentis perturbatione patraverit, iudex potest etiam a qualibet punitione irroganda abstinere, si censeat aliter posse melius consuli eius emendationi; **reus tamen puniri debet si aliter ad iustitiam restituendam et scandalum reparandum provideri non possit**. | Can. 1345 - Quoties delinquens vel usum rationis imperfectum tantum habuerit, vel delictum ex necessitate vel **gravi** metu **aut** passionis aestu vel, salvo praescripto can. 1326, § 1, n. 4, in ebrietate aliave simili mentis perturbatione patraverit, iudex potest etiam a qualibet punitione irroganda abstinere, si censeat aliter posse melius consuli eius emendationi; reus tamen puniri debet si aliter ad iustitiam restituendam**,** et scandalum **forte illatum** reparandum provideri non possit. |
| [*CIC*/1917, c. 2224 § 1. Ordinarie tot poenae quot delicta.]<br>Can. 1346. Quoties reus plura delicta patraverit, si nimius videatur poenarum ferendae sententiae cumulus, prudenti | Can. 1346 - **§ 1.** Ordinarie ***valet principium*** tot poenae quot delicta. | Can. 1346 - § 1. Ordinarie tot poenae quot delicta. |

| ***CIC*/1983** | ***Schema*/2011** | ***Pascite gregem Dei*/2021** |
|---|---|---|
| iudicis arbitrio relinquitur poenas intra aequos terminos moderari.<br><br>[*CIC*/1917, c. 2234. Qui plura delicta commisit, *non modo gravius puniri, sed* <u>si, prudenti iudicis arbitrio, res id ferat</u>, subiici etiam debet vigilantiae vel alii remedio poenali.] | **§ 2.** Quoties reus plura delicta patraverit, si nimius videatur poenarum ferendae sententiae cumulus, prudenti iudicis arbitrio relinquitur poenas intra aequos terminos moderari.<br><br>*§ 3. Si prudenti iudicis arbitrio res id ferat, qui plura delicta commisit subici etiam debet vigilantiae vel alii remedio poenali* ***ad normam can. 1339****.* | § 2. Quoties **vero** reus plura delicta patraverit, si nimius videatur poenarum ferendae sententiae cumulus, prudenti iudicis arbitrio relinquitur poenas intra aequos terminos moderari, **et eum vigilantiae subicere**. |
| Can. 1347 - § 1. Censura irrogari valide nequit, nisi antea reus semel saltem monitus sit ut a contumacia recedat, dato congruo ad resipiscentiam tempore. | Can. 1347 - § 1. Censura irrogari valide nequit, nisi antea reus semel saltem monitus sit ut a contumacia recedat, dato congruo ad resipiscentiam tempore. | Can. 1347 - § 1. Censura irrogari valide nequit, nisi antea reus semel saltem monitus sit ut a contumacia recedat, dato congruo ad resipiscentiam tempore. |
| § 2. A contumacia recessisse dicendus est reus, quem delicti vere paenituerit, quique praeterea congruam damnorum et scandali reparationem dederit vel saltem serio promiserit. | § 2. A contumacia recessisse dicendus est reus, quem delicti vere paenituerit, quique praeterea congruam <u>*damnorum*</u> <u>et</u> <u>scandali</u> reparationem dederit vel saltem serio promiserit. | § 2. A contumacia recessisse dicendus est reus, quem delicti vere paenituerit, quique praeterea congruam scandali et **damni** reparationem dederit vel saltem **id praestare** serio promiserit. |
| Can. 1348 - *Cum reus ab accusatione absolvitur vel* nulla poena *ei* irrogatur, Ordinarius potest opportunis monitis aliisque pastoralis sollicitudinis viis, vel etiam, si res ferat, poenalibus remediis eius utilitati et publico bono consulere. | Can. 1348 - ***In casibus a iure praevisis in quibus ob peculiaria adiuncta*** nulla poena ***reo*** irrogatur, Ordinarius potest opportunis monitis aliisque pastoralis sollicitudinis viis, vel etiam, si res ferat, poenalibus remediis ***aut poenitentiis*** eius utilitati et publico bono consulere. | Can. 1348 - Cum reus ab accusatione absolvitur vel nulla poena ei irrogatur, Ordinarius potest opportunis monitis aliisque pastoralis sollicitudinis viis, vel etiam, si res ferat, poenalibus remediis eius utilitati et publico bono consulere. |
| Can. 1349 - Si poena sit indeterminata neque aliud lex caveat, iudex *poenas graviores, praesertim censuras, ne irroget, nisi casus gravitas id omnino postulet; perpetuas autem poenas irrogare non potest.*<br>[*CIC*/1917, c. 2218 §1. In poenis decernendis servetur aequa proportio cum delicto, habita ratione imputabilitatis, scandali et damni.] | Can. 1349 - Si poena sit indeterminata neque aliud lex caveat, iudex **in poenis determinandis eligat quae <u>gravitati damni et scandalo inducto</u> proportionatae sint,** ***praesertim poenas expiatorias de quibus in can. 1336; censuras vero ne irroget nisi gravi de causa; si casus id suadeat poenae expiatoriae censuris addi possunt; dimissionis e statu clericali autem poenam*** **irrogare non potest.** | Can. 1349 - Si poena sit indeterminata neque aliud lex caveat, iudex in poenis determinandis eas eligat quae inducto scandalo et damni gravitati proportionatae sint; poenas **tamen** graviores ne irroget, nisi casus gravitas id omnino postulet; perpetuas autem poenas irrogare non potest. |
| Can. 1350 - § 1. In poenis clerico irrogandis semper cavendum est, ne iis quae ad honestam sustentationem sunt necessaria ipse careat, nisi agatur de dimissione e statu clericali. | Can. 1350 - § 1. In poenis clerico irrogandis semper cavendum est, ne iis quae ad honestam sustentationem sunt necessaria ipse careat, nisi agatur de dimissione e statu clericali. | Can. 1350 - § 1. In poenis clerico irrogandis semper cavendum est, ne iis quae ad honestam sustentationem sunt necessaria ipse careat, nisi agatur de dimissione e statu clericali. |
| § 2. Dimisso autem e statu clericali, qui propter poenam vere indigeat, Ordinarius meliore quo fieri potest modo providere curet. | § 2. Dimisso autem e statu clericali, qui propter poenam vere indigeat, Ordinarius meliore quo fieri potest modo providere curet**, exclusa vero collatione officii, ministerii *et* muneris** ***praesertim docendi, cuiusvis generis.*** | § 2. Dimisso autem e statu clericali, qui propter poenam vere indigeat, Ordinarius meliore quo fieri potest modo providere curet, exclusa vero collatione officii, ministerii **vel** muneris. |
| Can. 1351 - Poena reum ubique tenet, etiam resoluto iure eius qui poenam constituit vel irrogavit, nisi aliud expresse caveatur. | Can. 1351 - Poena reum ubique tenet, etiam resoluto iure eius qui poenam constituit <u>vel</u> irrogavit, nisi aliud expresse caveatur. | Can. 1351 - Poena reum ubique tenet, etiam resoluto iure eius qui poenam constituit, irrogavit vel **declaravit**, nisi aliud expresse caveatur. |
| Can. 1352 - § 1. Si poena *vetet* recipere sacramenta vel sacramentalia, *vetitum* suspenditur, quamdiu reus in mortis periculo versatur. | Can. 1352 - § 1. Si poena **prohibeat** recipere sacramenta vel sacramentalia, **prohibitio** suspenditur, quamdiu reus in mortis periculo versatur. | Can. 1352 - § 1. Si poena prohibeat recipere sacramenta vel sacramentalia, prohibitio suspenditur, quamdiu reus in mortis periculo versatur. |

| ***CIC*/1983** | ***Schema*/2011** | ***Pascite gregem Dei*/2021** |
|---|---|---|
| § 2. Obligatio servandi poenam latae sententiae, quae neque declarata sit neque sit notoria in loco ubi delinquens versatur, eatenus ex toto vel ex parte suspenditur, quatenus reus eam servare nequeat sine periculo gravis scandali vel infamiae. | § 2. Obligatio servandi poenam latae sententiae, quae neque declarata sit neque sit notoria in loco ubi delinquens versatur, eatenus ex toto vel ex parte suspenditur, quatenus reus eam servare nequeat sine periculo gravis scandali vel infamiae. | § 2. Obligatio servandi poenam latae sententiae, quae neque declarata sit neque sit notoria in loco ubi delinquens versatur, eatenus ex toto vel ex parte suspenditur, quatenus reus eam servare nequeat sine periculo gravis scandali vel infamiae. |
| Can. 1353 - Appellatio vel recursus a sententiis iudicialibus vel a decretis, quae poenam quamlibet irrogent vel declarent, habent effectum suspensivum. | Can. 1353 - Appellatio vel recursus a sententiis iudicialibus vel a decretis, quae poenam quamlibet irrogent vel declarent, habent effectum suspensivum. | Can. 1353 - Appellatio vel recursus a sententiis iudicialibus vel a decretis, quae poenam quamlibet irrogent vel declarent, habent effectum suspensivum. |
| TITULUS VI. DE POENARUM CESSATIONE | TITULUS VI. DE POENARUM *CESSATIONE* | TITULUS VI. DE POENARUM **REMISSIONE ET DE ACTIONUM PRAESCRIPTIONE** |
| Can. 1354 - § 1. Praeter eos, qui in cann. 1355-1356 recensentur, omnes, qui a lege, quae poena munita est, dispensare possunt vel a praecepto poenam comminanti eximere, possunt etiam eam poenam remittere. | Can. 1354 - § 1. Praeter eos, qui in cann. 1355-1356 recensentur, omnes, qui a lege, quae poena munita est, dispensare possunt vel a praecepto poenam comminanti eximere, possunt etiam eam poenam remittere. | Can. 1354 - § 1. Praeter eos, qui in cann. 1355-1356 recensentur, omnes, qui a lege, quae poena munita est, dispensare possunt vel a praecepto poenam comminanti eximere, possunt etiam eam poenam remittere. |
| § 2. Potest praeterea lex vel praeceptum, poenam constituens, aliis quoque potestatem facere remittendi. | § 2. Potest praeterea lex vel praeceptum, poenam constituens, aliis quoque potestatem facere remittendi. | § 2. Potest praeterea lex vel praeceptum, poenam constituens, aliis quoque potestatem facere remittendi. |
| § 3. Si Apostolica Sedes poenae remissionem sibi vel aliis reservaverit, reservatio stricte est interpretanda. | § 3. Si Apostolica Sedes poenae remissionem sibi vel aliis reservaverit, reservatio stricte est interpretanda. | § 3. Si Apostolica Sedes poenae remissionem sibi vel aliis reservaverit, reservatio stricte est interpretanda. |
| Can. 1355 - § 1. Poenam lege constitutam, *si sit irrogata vel declarata*, remittere possunt, dummodo non sit Apostolicae Sedi reservata: | Can. 1355 - § 1. Poenam lege constitutam, **quae sit ferendae sententiae vel latae sententiae declarata *et*** dummodo non sit Apostolicae Sedi reservata, remittere possunt: | Can. 1355 - § 1. Poenam lege constitutam, quae sit ferendae sententiae **irrogata** vel latae sententiae declarata, dummodo non sit Apostolicae Sedi reservata, remittere possunt: |
| 1° Ordinarius, qui iudicium ad poenam irrogandam vel declarandam promovit vel decreto eam per se vel per alium irrogavit vel declaravit; | 1° Ordinarius, qui iudicium ad poenam irrogandam vel declarandam promovit vel decreto eam per se vel per alium irrogavit vel declaravit; | 1º Ordinarius, qui iudicium ad poenam irrogandam vel declarandam promovit vel decreto eam per se vel per alium irrogavit vel declaravit; |
| 2° Ordinarius loci in quo delinquens versatur, consulto tamen, nisi propter extraordinarias circumstantias impossibile sit, Ordinario, de quo sub n. 1. | 2° Ordinarius loci in quo delinquens versatur, consulto tamen, nisi propter extraordinarias circumstantias impossibile sit, Ordinario, de quo sub n. 1. | 2º Ordinarius loci in quo delinquens versatur, consulto tamen, nisi propter extraordinarias circumstantias impossibile sit, Ordinario, de quo sub n. 1. |
| § 2. Poenam latae sententiae nondum declaratam lege constitutam, *si* Sedi Apostolicae non sit reservata, potest Ordinarius remittere<br>suis subditis *et*<br>iis qui in ipsius territorio versantur vel ibi deliquerint, *et* etiam<br>quilibet Episcopus in actu tamen sacramentalis confessionis. | § 2. Poenam lege constitutam, **quae sit** latae sententiae nondum declarata **et dummodo** non sit Apostolicae Sedi reservata, remittere possunt:<br>**1°** Ordinarius suis subditis**;**<br>**2° Ordinarius loci** etiam iis qui in ipsius territorio versantur vel ibi deliquerint**;**<br>3° quilibet Episcopus in actu tamen sacramentalis confessionis. | § 2. Poenam lege constitutam, quae sit latae sententiae nondum declarata et dummodo non sit Apostolicae Sedi reservata, remittere possunt:<br>1º Ordinarius suis subditis;<br>2º Ordinarius loci etiam iis qui in ipsius territorio versantur vel ibi deliquerint;<br>3º quilibet Episcopus in actu tamen sacramentalis confessionis. |
| Can. 1356 - § 1. Poenam ferendae vel latae sententiae constitutam praecepto quod non sit ab Apostolica Sede latum, remittere possunt:<br>2° *si poena sit irrogata vel declarata, etiam*<br>Ordinarius qui iudicium ad poenam irrogandam vel declarandam promovit vel decreto eam per se vel per alium irrogavit vel declaravit. | Can. 1356 - § 1. Poenam ferendae vel latae sententiae praecepto constitutam**,** quod non sit ab Apostolica Sede latum, remittere possunt:<br>**1° praecepti auctor;**<br>2° Ordinarius qui iudicium ad poenam irrogandam vel declarandam promovit vel decreto eam per se vel per alium irrogavit vel declaravit; | Can. 1356 - § 1. Poenam ferendae vel latae sententiae constitutam praecepto quod non sit ab Apostolica Sede latum, remittere possunt:<br>1º praecepti auctor;<br>2º Ordinarius qui iudicium ad poenam irrogandam vel declarandam promovit vel decreto eam per se vel per alium irrogavit vel declaravit; |

| ***CIC*/1983** | ***Schema*/2011** | ***Pascite gregem Dei*/2021** |
|---|---|---|
| *1°* Ordinarius loci, in quo delinquens versatur; | **3°** Ordinarius loci, in quo delinquens versatur; | 3º Ordinarius loci, in quo delinquens versatur. |
| § 2. Antequam remissio fiat, consulendus est, nisi propter extraordinarias circumstantias impossibile sit, praecepti auctor. | § 2. Antequam remissio fiat, consulendus est, nisi propter extraordinarias circumstantias impossibile sit, praecepti auctor, **vel qui poenam irrogavit vel declaravit.** | § 2. Antequam remissio fiat, consulendus est, nisi propter extraordinarias circumstantias impossibile sit, praecepti auctor, vel qui poenam irrogavit vel declaravit. |
| Can. 1357 - § 1. Firmis praescriptis cann. 508 et 976, censuram latae sententiae excommunicationis vel interdicti non declaratam confessarius remittere potest in foro interno sacramentali, si paenitenti durum sit in statu gravis peccati permanere per tempus necessarium ut Superior competens provideat. | Can. 1357 - § 1. Firmis praescriptis cann. 508 et 976, censuram latae sententiae excommunicationis vel interdicti non declaratam confessarius remittere potest in foro interno sacramentali, si paenitenti durum sit in statu gravis peccati permanere per tempus necessarium ut Superior competens provideat. | Can. 1357 - § 1. Firmis praescriptis cann. 508 et 976, censuram latae sententiae excommunicationis vel interdicti non declaratam confessarius remittere potest in foro interno sacramentali, si paenitenti durum sit in statu gravis peccati permanere per tempus necessarium ut Superior competens provideat. |
| § 2. In remissione concedenda confessarius paenitenti onus iniungat recurrendi intra mensem sub poena reincidentiae ad Superiorem competentem vel ad sacerdotem facultate praeditum, et standi huius mandatis; interim imponat congruam paenitentiam et, quatenus urgeat, scandali et damni reparationem; recursus autem fieri potest etiam per confessarium, sine nominis mentione. | § 2. In remissione concedenda confessarius paenitenti onus iniungat recurrendi intra mensem sub poena reincidentiae ad Superiorem competentem vel ad sacerdotem facultate praeditum, et standi huius mandatis; interim imponat congruam paenitentiam et, quatenus urgeat, scandali et damni reparationem; recursus autem fieri potest etiam per confessarium, sine nominis mentione. | § 2. In remissione concedenda confessarius paenitenti onus iniungat recurrendi intra mensem sub poena reincidentiae ad Superiorem competentem vel ad sacerdotem facultate praeditum, et standi huius mandatis; interim imponat congruam paenitentiam et, quatenus urgeat, scandali et damni reparationem; recursus autem fieri potest etiam per confessarium, sine nominis mentione. |
| § 3. Eodem onere recurrendi tenentur, postquam convaluerint, ii quibus ad normam can. 976 remissa est censura irrogata vel declarata vel Sedi Apostolicae reservata. | § 3. Eodem onere recurrendi tenentur, *postquam convaluerint*, ii quibus ad normam can. 976 remissa est censura irrogata vel declarata vel Sedi Apostolicae reservata. | § 3. Eodem onere recurrendi tenentur, **cessante periculo**, ii quibus ad normam can. 976 remissa est censura irrogata vel declarata vel Sedi Apostolicae reservata. |
| Can. 1358 - § 1. Remissio censurae dari non potest nisi delinquenti qui a contumacia, ad normam can. 1347, § 2, recesserit; recedenti autem denegari nequit. | Can. 1358 - § 1. Remissio censurae dari non potest nisi delinquenti qui a contumacia, ad normam can. 1347, § 2, recesserit; recedenti autem denegari nequit. | Can. 1358 - § 1. Remissio censurae dari non potest nisi delinquenti qui a contumacia, ad normam can. 1347, § 2, recesserit; recedenti autem denegari nequit, **salvo praescripto can. 1361, § 4.** |
| § 2. Qui censuram remittit, potest ad normam can. 1348 providere vel etiam paenitentiam imponere. | § 2. Qui censuram remittit, potest ad normam can. 1348 providere vel etiam paenitentiam imponere. | § 2. Qui censuram remittit, potest ad normam can. 1348 providere vel etiam paenitentiam imponere. |
| Can. 1359 - Si quis pluribus poenis detineatur, remissio valet tantummodo pro poenis in ipsa expressis; generalis autem remissio omnes aufert poenas, iis exceptis quas in petitione reus mala fide reticuerit. | Can. 1359 - Si quis pluribus poenis detineatur, remissio valet tantummodo pro poenis in ipsa expressis; generalis autem remissio omnes aufert poenas, iis exceptis quas in petitione reus mala fide reticuerit. | Can. 1359 - Si quis pluribus poenis detineatur, remissio valet tantummodo pro poenis in ipsa expressis; generalis autem remissio omnes aufert poenas, iis exceptis quas in petitione delinquens mala fide reticuerit. |
| Can. 1360 - Poenae remissio metu gravi extorta irrita est. | Can. 1360 - Poenae remissio metu gravi extorta irrita est. | Can. 1360 - Remissio poenae **vi aut** metu gravi **aut dolo** extorta **ipso iure** irrita est.[3] |
| Can. 1361 - § 1. Remissio dari potest etiam absenti vel sub condicione. | Can. 1361 - § 1. Remissio dari potest etiam absenti vel sub condicione. | Can. 1361 - § 1. Remissio dari potest etiam absenti vel sub condicione. |
| § 2. Remissio in foro externo detur scripto, nisi gravis causa aliud suadeat. | § 2. Remissio in foro externo detur scripto, nisi gravis causa aliud suadeat. | § 2. Remissio in foro externo detur scripto, nisi gravis causa aliud suadeat. |
| § 3. Caveatur ne remissionis petitio vel ipsa remissio divulgetur, nisi quatenus id vel utile sit ad rei famam tuendam vel necessarium ad scandalum reparandum. | § 3. *Caveatur* ne remissionis petitio vel ipsa remissio divulgetur, nisi quatenus id vel utile sit ad rei famam tuendam vel necessarium ad scandalum reparandum. | § 3. Remissionis petitio vel ipsa remissio ne divulgetur, nisi quatenus id vel utile sit ad rei famam tuendam vel necessarium ad scandalum reparandum. |

[3] Cf. *CIC*/1917, c. 2238. "Poenae remissio, vi aut metu gravi extorta, ipso iure irrita est."

| *CIC*/1983 | *Schema*/2011 | *Pascite gregem Dei*/2021 |
|---|---|---|
| | [Cf. *CIC*/1917, c. 2248 §2. "a censura autem absolvens, potest, si res ferat, pro patrato delicto congruam vindicativam poenam vel poenitentiam infligere."] | **§ 4. Remissio dari non debet donec, prudenti arbitrio Ordinarii, damnum forte illatum reus reparaverit; qui ad hanc reparationem vel restitutionem urgeri potest per unam ex poenis de quibus in can. 1336, §§ 2-4, quod valet etiam cum illi censura remittitur ad normam can. 1358, § 1.** |
| Can. 1362 - § 1. Actio criminalis praescriptione extinguitur triennio, nisi agatur: | Can. 1362 - § 1. Actio criminalis praescriptione extinguitur triennio, nisi agatur: | Can. 1362 - § 1. Actio criminalis praescriptione extinguitur triennio, nisi agatur: |
| 1° de delictis Congregationi pro Doctrina Fidei reservatis; | 1° de delictis Congregationi pro Doctrina Fidei reservatis; | 1º de delictis Congregationi pro Doctrina Fidei reservatis, **quae normis specialibus subiciuntur**; |
| 2° de actione ob delicta de quibus in cann. 1394, 1395, 1397, 1398, quae quinquennio praescribitur; | 2° **firmo praescripto n. 1,** de actione ob delicta de quibus in cann. 1394, 1395, 1397, 1398, quae *quinquennio* praescribitur; | 2º firmo praescripto n. 1, de actione ob delicta de quibus in cann. **1376, 1377, 1378, 1393, § 1,** 1394, 1395, 1397, 1398**, § 2**, quae **septennio** praescribitur, **vel de ea ob delicta de quibus in can. 1398, § 1, quae viginti annorum spatio praescribitur**; |
| 3° de delictis quae non sunt iure communi punita, si lex particularis alium praescriptionis terminum statuerit. | 3° de delictis quae non sunt iure communi punita, si lex particularis alium praescriptionis terminum statuerit. | 3º de delictis quae non sunt iure communi punita, si lex particularis alium praescriptionis terminum statuerit. |
| § 2. Praescriptio decurrit ex die quo delictum patratum est, vel, si delictum sit permanens vel habituale, ex die quo cessavit. | § 2. Praescriptio decurrit ex die quo delictum patratum est, vel, si delictum sit permanens vel habituale, ex die quo cessavit. | § 2. Praescriptio, **nisi aliud in lege statuatur,** decurrit ex die quo delictum patratum est, vel, si delictum sit permanens vel habituale, ex die quo cessavit. |
| | | **§ 3. Reo ad normam can. 1723 citato vel modo praeviso in can. 1507, § 3, certiore facto de exhibitione accusationis libelli iuxta can. 1721, § 1, praescriptio actionis criminalis suspenditur per tres annos, quo termino elapso vel interrupta suspensione, cessationis processus poenalis causa, rursus currit tempus, quod adiungitur ad illud iam decursum pro praescriptione. Eadem suspensio pariter viget si, servato can. 1720, n. 1, ad poenam irrogandam vel declarandam per decretum extra iudicium procedatur.** |
| Can. 1363 - § 1. Si intra terminos de quibus in can. 1362, ex die quo sententia condemnatoria in rem iudicatam transierit computandos, non sit reo notificatum exsecutorium iudicis decretum de quo in can. 1651, actio ad poenam exsequendam praescriptione extinguitur. | Can. 1363 - § 1. Si intra terminos de quibus in can. 1362, ex die quo sententia condemnatoria in rem iudicatam transierit computandos, non sit reo notificatum exsecutorium iudicis decretum de quo in can. 1651, actio ad poenam exsequendam praescriptione extinguitur. | Can. 1363 - § 1. Si intra terminos de quibus in can. 1362, ex die quo sententia condemnatoria in rem iudicatam transierit computandos, non sit reo notificatum exsecutorium iudicis decretum de quo in can. 1651, actio ad poenam exsequendam praescriptione extinguitur. |
| § 2. Idem valet, servatis servandis, si poena per decretum extra iudicium irrogata sit. | § 2. Idem valet, servatis servandis, si poena per decretum extra iudicium irrogata sit. | § 2. Idem valet, servatis servandis, si poena per decretum extra iudicium irrogata sit. |
| PARS II. DE POENIS IN *SINGULA DELICTA* | PARS II. DE **SINGULIS DELICTIS DEQUE** POENIS IN **EADEM CONSTITUTIS** | PARS II. DE SINGULIS DELICTIS DEQUE POENIS IN EADEM CONSTITUTIS |
| TITULUS I. DE DELICTIS CONTRA *RELIGIONEM* ET ECCLESIAE UNITATEM | TITULUS I. DE DELICTIS CONTRA **FIDEM** ET ECCLESIAE UNITATEM | TITULUS I. DE DELICTIS CONTRA FIDEM ET ECCLESIAE UNITATEM |

| ***CIC*/1983** | ***Schema*/2011** | ***Pascite gregem Dei*/2021** |
|---|---|---|
| Can. 1364 - § 1. Apostata a fide, haereticus vel schismaticus in excommunicationem latae sententiae incurrit, firmo praescripto can. 194, § 1, n. 2; *clericus* praeterea potest poenis, de quibus in can. 1336, *§ 1, nn. 1, 2 et 3,* puniri. | Can. 1364 - § 1. Apostata a fide, haereticus vel schismaticus in excommunicationem latae sententiae incurrit, firmo praescripto can. 194, § 1, n. 2; praeterea poenis, de quibus in can. 1336, puniri potest. | Can. 1364 - § 1. Apostata a fide, haereticus vel schismaticus in excommunicationem latae sententiae incurrit, firmo praescripto can. 194, § 1, n. 2; praeterea poenis, de quibus in can. 1336, **§§ 2-4**, puniri potest. |
| § 2. Si diuturna contumacia vel scandali gravitas postulet, aliae poenae addi possunt, non excepta dimissione e statu clericali. | § 2. Si diuturna contumacia vel scandali gravitas postulet, aliae poenae addi possunt, non excepta dimissione e statu clericali. | § 2. Si diuturna contumacia vel scandali gravitas id postulet, aliae poenae addi possunt, non excepta dimissione e statu clericali. |
| Can. 1371[4] - *Iusta poena* puniatur: 1° qui, praeter casum de quo in can. 1364 § 1, doctrinam a Romano Pontifice vel a Concilio Oecumenico damnatam docet vel doctrinam, de qua in can. 750 § 2 vel in can. 752, pertinaciter respuit, et ab Apostolica Sede vel ab Ordinario admonitus non retractat; | Can. 1365 - Qui, praeter casum de quo in can. 1364, § 1, doctrinam a Romano Pontifice vel a Concilio Oecumenico damnatam docet vel doctrinam, de qua in can. 750 § 2 vel in can. 752, pertinaciter respuit, et ab Apostolica Sede vel ab Ordinario admonitus non retractat, **censura puniatur et privatione officii, *si quod habeat*; his sanctionibus aliae addi possunt de quibus in can. 1336.** | Can. 1365 - Qui, praeter casum de quo in can. 1364, § 1, doctrinam a Romano Pontifice vel a Concilio Oecumenico damnatam docet vel doctrinam, de qua in can. 750, § 2, vel in can. 752, pertinaciter respuit, et ab Apostolica Sede vel ab Ordinario admonitus non retractat, censura puniatur et privatione officii; his sanctionibus aliae addi possunt de quibus in can. 1336, **§§ 2-4**. |
| Can. 1372 - Qui contra Romani Pontificis actum ad Concilium Oecumenicum vel ad Episcoporum collegium recurrit censura puniatur. | Can. 1366 - Qui contra Romani Pontificis actum ad Concilium Oecumenicum vel ad Episcoporum collegium recurrit censura puniatur. | Can. 1366 - Qui contra Romani Pontificis actum ad Concilium Oecumenicum vel ad Episcoporum collegium recurrit censura puniatur. |
| Can. 1366 - Parentes vel parentum locum tenentes, qui liberos in religione acatholica baptizandos vel educandos tradunt, censura aliave iusta poena puniantur. | Can. 1367 - Parentes vel parentum locum tenentes, qui liberos in religione acatholica baptizandos vel educandos tradunt, censura aliave iusta poena puniantur. | Can. 1367 - Parentes vel parentum locum tenentes, qui liberos in religione acatholica baptizandos vel educandos tradunt, censura aliave iusta poena puniantur. |
| Can. 1369 - Qui in publico spectaculo vel concione, vel in scripto publice evulgato, vel aliter instrumentis communicationis socialis utens, blasphemiam profert, aut bonos mores graviter laedit, aut in religionem vel Ecclesiam iniurias exprimit vel odium contemptumve excitat, iusta poena puniatur. | Can. 1368 - Qui in publico spectaculo vel concione, vel in scripto publice evulgato, vel aliter instrumentis communicationis socialis utens, blasphemiam profert, aut bonos mores graviter laedit, aut in religionem vel Ecclesiam iniurias exprimit vel odium contemptumve excitat, iusta poena puniatur. | Can. 1368 - Qui in publico spectaculo vel concione, vel in scripto publice evulgato, vel aliter instrumentis communicationis socialis utens, blasphemiam profert, aut bonos mores graviter laedit, aut in religionem vel Ecclesiam iniurias exprimit vel odium contemptumve excitat, iusta poena puniatur. |
| Can. 1376 - Qui rem sacram, mobilem vel immobilem, profanat, iusta poena puniatur. | Can. 1369 - Qui rem sacram, mobilem vel immobilem, profanat iusta poena puniatur. | Can. 1369 - Qui rem sacram, mobilem vel immobilem, profanat iusta poena puniatur. |
| TITULUS II. DE DELICTIS CONTRA ECCLESIASTICAM AUCTORITATEM ET *ECCLESIAE LIBERTATEM* | TITULUS II. DE DELICTIS CONTRA ECCLESIASTICAM AUCTORITATEM ET **MUNERUM EXERCITIUM** | TITULUS II. DE DELICTIS CONTRA ECCLESIASTICAM AUCTORITATEM ET MUNERUM EXERCITIUM |
| Can. 1370 - § 1. Qui vim physicam in Romanum Pontificem adhibet, in excommunicationem latae sententiae Sedi Apostolicae reservatam incurrit, cui, si clericus sit, alia poena, non exclusa dimissione e statu clericali, pro delicti gravitate addi potest. | Can. 1370 - § 1. Qui vim physicam in Romanum Pontificem adhibet, in excommunicationem latae sententiae Sedi Apostolicae reservatam incurrit, cui, si clericus sit, alia poena, non exclusa dimissione e statu clericali, pro delicti gravitate addi potest. | Can. 1370 - § 1. Qui vim physicam in Romanum Pontificem adhibet, in excommunicationem latae sententiae Sedi Apostolicae reservatam incurrit, cui, si clericus sit, alia poena, non exclusa dimissione e statu clericali, pro delicti gravitate addi potest. |

[4] As amended by JOHN PAUL II, litterae apostolicae motu proprio datae quibus normae quaedam inseruntur in Codice Iuris Canonici et in Codice Canonum Ecclesiarum Orientalium *Ad tuendam fidem*, 18 May 1998, in *AAS* 90 (1998) 457–461.

| ***CIC*/1983** | ***Schema*/2011** | ***Pascite gregem Dei*/2021** |
|---|---|---|
| § 2. Qui id agit in eum qui episcopali charactere pollet, in interdictum latae sententiae et, si sit clericus, *etiam* in suspensionem latae sententiae incurrit. | § 2. Qui id agit in eum qui episcopali charactere pollet, in interdictum latae sententiae et, si sit clericus, in suspensionem latae sententiae incurrit. | § 2. Qui id agit in eum qui episcopali charactere pollet, in interdictum latae sententiae et, si sit clericus, **etiam** in suspensionem latae sententiae incurrit. |
| § 3. Qui vim physicam in clericum vel religiosum adhibet in fidei vel Ecclesiae vel ecclesiasticae potestatis vel ministerii contemptum, iusta poena puniatur. | § 3. Qui vim physicam in clericum vel religiosum adhibet in fidei vel Ecclesiae vel ecclesiasticae potestatis vel ministerii contemptum, iusta poena puniatur. | § 3. Qui vim physicam in clericum vel religiosum **vel alium christifidelem** adhibet in fidei vel Ecclesiae vel ecclesiasticae potestatis vel ministerii contemptum, iusta poena puniatur. |
| Can. 1371 - *Iusta poena* puniatur: … 2° qui *aliter* Sedi Apostolicae, Ordinario, vel Superiori legitime praecipienti vel prohibenti non obtemperat, et post *monitum* in inoboedientia persistit. | Can. 1371 **§ 1.** Qui Sedi Apostolicae, Ordinario vel Superiori legitime praecipienti vel prohibenti non obtemperat, et post **monitionem** in inoboedientia persistit, **puniatur censura vel privatione officii vel aliis poenis de quibus in can. 1336.** | Can. 1371 - § 1. Qui Sedi Apostolicae, Ordinario vel Superiori legitime praecipienti vel prohibenti non obtemperat, et post monitionem in inoboedientia persistit, **pro casus gravitate** puniatur censura vel privatione officii vel aliis poenis de quibus in can. 1336, **§§ 2-4**. |
| Can. 1393 - Qui obligationes sibi ex poena impositas violat, *iusta poena puniri potest*. | Can. 1393 - Qui obligationes sibi ex poena impositas violat, ***sanctionibus* de quibus in can. 1336 puniatur.** | **§ 2.** Qui obligationes sibi ex poena impositas violat, **poenis** de quibus in can. 1336**, §§ 2-4,** puniatur. |
| Can. 1368 - Si quis, asserens vel promittens aliquid coram ecclesiastica auctoritate, periurium committit, iusta poena puniatur. | **§ *2.*** Si quis, asserens vel promittens aliquid coram ecclesiastica auctoritate, periurium committit, iusta poena puniatur.<br>**§ 4. Qui obligationem secreti pontificii servandi violat poenis de quibus in can. 1336 puniatur.**<br>**§ *3.* Qui non servaverit officium exsequendi sententiam exsecutoriam iusta poena puniatur, non exclusa censura, *et salva semper damnorum et iustitiae reparatione.*** | § **3**. Si quis, asserens vel promittens aliquid coram ecclesiastica auctoritate, periurium committit, iusta poena puniatur.<br>§ 4. Qui obligationem secreti pontificii servandi violat poenis de quibus in can. 1336, **§§ 2-4,** puniatur.<br>§ **5**. Qui non servaverit officium exsequendi sententiam executivam **vel decretum poenale exsecutivum** iusta poena puniatur, non exclusa censura.<br>**§ 6. Qui communicare neglegit notitiam de delicto, cum ad id exsequendum lege canonica teneatur, puniatur ad normam can. 1336, §§ 2-4, adiunctis quoque aliis poenis pro delicti gravitate.** |
| Can. 1375 - Qui impediunt libertatem ministerii *vel* electionis vel potestatis ecclesiasticae aut legitimum bonorum sacrorum aliorumve ecclesiasticorum bonorum usum, aut perterrent electorem vel electum *vel eum* qui potestatem vel ministerium ecclesiasticum exercuit, *iusta poena puniri possunt*. | Can**. 1372 - Puniantur ad normam can. 1336:**<br>**1°** qui impediunt libertatem ministerii vel **exercitium** potestatis ecclesiasticae aut legitimum *bonorum sacrorum aliorumve* ecclesiasticorum bonorum usum, aut perterrent qui potestatem vel ministerium ecclesiasticum exercuit;<br>**2° qui impediunt libertatem** electionis **aut perterrent** electorem vel electum. | Can. 1372 - Puniantur ad normam can. 1336, **§§ 2-4**:<br>1º qui impediunt libertatem ministerii vel exercitium potestatis ecclesiasticae aut legitimum **rerum sacrarum vel** bonorum ecclesiasticorum usum, aut perterrent **eum** qui potestatem vel ministerium ecclesiasticum exercuit;<br><br>2º qui impediunt libertatem electionis aut perterrent electorem vel electum. |
| Can. 1373 - Qui publice aut subditorum simultates vel odia adversus Sedem Apostolicam vel Ordinarium excitat propter aliquem potestatis vel ministerii ecclesiastici actum, aut subditos ad inoboedientiam in eos provocat, interdicto vel aliis iustis poenis puniatur. | Can. 1373 - Qui publice *aut subditorum* simultates vel odia adversus Sedem Apostolicam vel Ordinarium excitat propter aliquem *potestatis vel ministerii* ecclesiastici actum, aut *subditos* ad inoboedientiam in eos provocat, interdicto vel aliis iustis poenis puniatur. | Can. 1373 - Qui publice simultates vel odia adversus Sedem Apostolicam vel Ordinarium excitat propter aliquem **officii vel muneris** ecclesiastici actum, aut ad inoboedientiam in eos provocat, interdicto vel aliis iustis poenis puniatur. |
| Can. 1374 - Qui nomen dat consociationi, quae contra Ecclesiam machinatur, iusta poena puniatur; qui autem | Can. 1374 - Qui nomen dat consociationi, quae contra Ecclesiam machinatur, iusta poena puniatur; qui autem | Can. 1374 - Qui nomen dat consociationi, quae contra Ecclesiam machinatur, iusta poena puniatur; qui autem |

| ***CIC*/1983** | ***Schema*/2011** | ***Pascite gregem Dei*/2021** |
|---|---|---|
| eiusmodi consociationem promovet vel moderatur, interdicto puniatur. | eiusmodi consociationem promovet vel moderatur, interdicto puniatur. | eiusmodi consociationem promovet vel moderatur, interdicto puniatur. |
| Can. 1381 - § 1. Quicumque officium ecclesiasticum usurpat, iusta poena puniatur.<br>§ 2. Usurpationi aequiparatur illegitima, post privationem vel cessationem a munere, eiusdem retentio. | Can. 1375 - § 1. Quicumque officium ecclesiasticum usurpat, iusta poena puniatur.<br>§ 2. Usurpationi aequiparatur illegitima, post privationem vel cessationem a munere, eiusdem retentio. | Can. 1375 - § 1. Quicumque officium ecclesiasticum usurpat, iusta poena puniatur.<br>§ 2. Usurpationi aequiparatur illegitima, post privationem vel cessationem a munere, eiusdem retentio. |
| Can. 1377 - Qui sine praescripta licentia bona ecclesiastica alienat, *iusta poena* puniatur. | Can**. 1378 - § 1.** Qui sine praescripta licentia bona ecclesiastica alienat **vel actus administrationis** ***ponit vel*** **aliter graviter neglegens in bonis ecclesiasticis administrandis repertus fuerit, puniatur** ***ad normam*** **can. 1336.** ***Ad normam eiusdem canonis puniatur*** **qui bona ecclesiastica subtrahit.**<br><br>**§ 2.** ***Reus de delictis, quae restitutionem exigunt, etiam poena interdicti iuxta can. 1332, § 2, ad restitutionem vel ad iustam reparationem pecuniariam compelli potest.*** | Can. 1376 - § 1. **Poenis de quibus in** can. 1336**, §§ 2-4,** puniatur**, firma damnum reparandi obligatione:**<br>**1º** qui bona ecclesiastica subtrahit **vel impedit ne eorundem fructus percipiantur;**<br>**2º** qui sine praescripta **consultatione, consensu vel** licentia **aut sine alio requisito iure ad validitatem vel ad liceitatem imposito** bona ecclesiastica alienat vel **in ea** actus administrationis **exsequitur.**<br>§ 2. **Iusta poena puniatur, non exclusa officii privatione, firma damnum reparandi obligatione:**<br>**1º qui delictum de quo in § 1, n. 2, ex sua gravi culpa committit;**<br>**2º qui** aliter graviter neglegens in bonis ecclesiasticis administrandis repertus fuerit. |
| Can. 1386 - Qui quidvis donat vel pollicetur ut quis, munus in Ecclesia exercens, illegitime quid agat vel omittat, iusta poena puniatur; item qui ea dona vel pollicitationes acceptat. | Can. 1377 - § 1. Qui quidvis donat vel pollicetur ut *quis*, munus in Ecclesia exercens, illegitime quid agat vel omittat, iusta poena puniatur **ad normam can.** 1336; item qui ea dona vel pollicitationes acceptat **pro delicti gravitate puniatur, non exclusa officii privatione.**<br><br>***§ 2. Congruenter cum delicti gravitate puniatur qui, in officio aut munere exercendis, accipit dona cuiusque generis, quae reapse in muneribus adimplendis possint pondus habere vel sub aliqua ratione condiciones adicere.***<br>**§ 3.** ***Qui ad ministerium exercendum aliquid illegitime petit vel*** **qui in** ***ministerio*** **exercendo stipem ultra definitam aut summas adiunctivas requirit, congruenti mulcta pecuniaria vel aliis poenis puniatur.**<br>***§ 4. In casibus de quibus in §§ 1 et 2, pro poenae remissione concedenda, necesse est ut restitutio vel iusta reparatio fiat.*** | Can. 1377 - § 1. Qui quidvis donat vel pollicetur ut **aliquis officium vel** munus in Ecclesia exercens, illegitime quid agat vel omittat, iusta poena puniatur ad normam can. 1336, **§§ 2-4**; item qui ea dona vel pollicitationes acceptat pro delicti gravitate puniatur, non exclusa officii privatione, **firma damnum reparandi obligatione.**<br><br><br><br><br><br>§ 2. Qui in **officio vel munere** exercendo stipem ultra definitam aut summas adiunctivas **aut aliquid in sui utilitatem** requirit, congruenti mulcta pecuniaria vel aliis poenis, **non exclusa officii privatione**, puniatur, **firma damnum reparandi obligatione.** |
| Can. 1389 - § 1. Ecclesiastica potestate vel munere abutens pro actus vel omissionis gravitate puniatur, non exclusa officii privatione, nisi in eum abusum iam poena sit lege vel praecepto constituta. | Can. 1376 § 1. Ecclesiastica potestate vel munere *abutens* pro actus vel omissionis gravitate puniatur, non exclusa *officii* privatione*, nisi in eum abusum iam poena sit lege vel praecepto constituta.* | Can. 1378 - § 1. **Qui, praeter casus iure iam praevisos**, ecclesiastica potestate, **officio** vel munere **abutitur**, pro actus vel omissionis gravitate puniatur, non exclusa |

| *CIC*/1983 | *Schema*/2011 | *Pascite gregem Dei*/2021 |
|---|---|---|
| § 2. Qui vero, ex culpabili neglegentia, ecclesiasticae potestatis vel ministerii vel muneris actum illegitime cum damno alieno ponit vel omittit, iusta poena puniatur. | § 2. Qui vero, ex culpabili neglegentia, ecclesiasticae potestatis vel *ministerii* vel muneris actum illegitime cum damno alieno ***aut* scandalo** ponit vel omittit, iusta poena puniatur **ad normam can. 1336.** | **eorundem** privatione, **firma damnum reparandi obligatione.**<br>§ 2. Qui vero, ex culpabili neglegentia, ecclesiasticae potestatis vel **officii** vel muneris actum illegitime cum damno alieno **vel** scandalo ponit vel omittit, iusta poena puniatur ad normam can. 1336, **§§ 2-4, firma damnum reparandi obligatione**. |
| TITULUS III. DE *MUNERUM ECCLESIASTICORUM USURPATIONE DEQUE* DELICTIS *IN IIS EXERCENDIS* | TITULUS III. DE DELICTIS **CONTRA SACRAMENTA** | TITULUS III. DE DELICTIS CONTRA SACRAMENTA |
| Can. *1378* - § *2*. In poenam latae sententiae interdicti vel, si sit clericus, suspensionis incurrit:<br>1° qui ad ordinem sacerdotalem non promotus liturgicam eucharistici Sacrificii actionem attentat;<br>2° qui, praeter casum de quo in *§ 1*, cum sacramentalem absolutionem dare valide nequeat, eam impertire attentat, vel sacramentalem confessionem audit. | Can. **1379 - § 1.** In poenam latae sententiae interdicti vel, si <u>sit clericus</u>, suspensionis incurrit:<br>1° qui ad ordinem sacerdotalem non promotus liturgicam eucharistici Sacrificii actionem attentat;<br>2° qui, praeter casum de quo in **can. 1384**, cum sacramentalem absolutionem dare valide nequeat, eam impertire attentat, vel sacramentalem confessionem audit. | Can. 1379 - § 1. In poenam latae sententiae interdicti vel, si clericus sit, etiam suspensionis incurrit:<br>1º qui ad ordinem sacerdotalem non promotus liturgicam eucharistici Sacrificii actionem attentat;<br>2º qui, praeter casum de quo in can. 1384, cum sacramentalem absolutionem dare valide nequeat, eam impertire attentat, vel sacramentalem confessionem audit. |
| § *3*. In casibus de quibus in § *2*, pro delicti gravitate, aliae poenae, non exclusa excommunicatione, addi possunt.<br>*SST*/2010, art. 5. "**1º … tum qui sacrum ordinem <u>conferre</u> attentaverit tum mulier quae sacrum ordinem recipere attentaverit, in excommunicationem latae sententiae Sedi Apostolicae reservatam incurrit; … 3º si vero reus sit clericus dimissione *vel depositione* puniri *poterit.*"[5]**<br>*CIC*/1917, c. 2364. "Minister qui ausus fuerit Sacramenta administrare illis qui iure sive divino sive ecclesiastico eadem recipere prohibentur, suspendatur ab administrandis Sacramentis per tempus prudenti Ordinarii arbitrio definiendum aliisque poenis pro gravitate culpae puniatur, firmis peculiaribus poenis in aliqua huius generis delicta iure statutis." | **§ 2.** In casibus de quibus in § **1**, pro delicti gravitate, aliae poenae, non exclusa excommunicatione, addi possunt.<br>**§ 3.** Tum qui sacrum ordinem **mulieri** conferre attentaverit, tum mulier quae sacrum ordinem recipere attentaverit, in excommunicationem latae sententiae Sedi Apostolicae reservatam incurrit; *si vero reus sit* clericus dimissione e statu clericali puniri **potest**.<br>***§ 4. Firmo praescripto can. 1357, absolvere praesumentes sine debita facultate ab excommunicatione latae sententiae, incurrunt in excommunicationem latae sententiae Apostolicae Sedi reservatam.***<br>**§ 5. Qui sacramentum administrat illis qui recipere prohibentur, puniatur suspensione, cui aliae poenae ex can. 1336 addi possunt.** | § 2. In casibus de quibus in § 1, pro delicti gravitate, aliae poenae, non exclusa excommunicatione, addi possunt.<br>§ 3. Tum qui sacrum ordinem mulieri conferre attentaverit, tum mulier quae sacrum ordinem recipere attentaverit, in excommunicationem latae sententiae Sedi Apostolicae reservatam incurrit; clericus **praeterea** dimissione e statu clericali puniri potest.<br><br><br><br><br><br>§ 4. Qui **deliberate** sacramentum administrat illis qui recipere prohibentur, puniatur suspensione, cui aliae poenae ex can. 1336, **§§ 2-4,** addi possunt. |
| Can. 1379 - Qui, praeter casus de quibus in can. *1378*, sacramentum se administrare simulat, iusta poena puniatur. | **§ 6**. Qui, praeter casus de quibus **in §§ 1-5 et** in can. **1384**, sacramentum se administrare simulat, iusta poena puniatur. | § 5. Qui, praeter casus de quibus in §§ 1-**4** et in can. 1384, sacramentum se administrare simulat, iusta poena puniatur. |
| Can. 1380 - Qui per simoniam sacramentum celebrat vel recipit, interdicto vel suspensione puniatur. | Can. 1380 - *§ 1.* Qui per simoniam sacramentum celebrat vel recipit, interdicto vel suspensione **vel poenis de quibus in can.** 1336 puniatur.<br>***§ 2. In casibus de quibus in § 1, pro poenae remissione concedenda, necesse est ut restitutio vel iusta reparatio fiat.*** | Can. 1380 - Qui per simoniam sacramentum celebrat vel recipit, interdicto vel suspensione vel poenis de quibus in can. 1336**, §§ 2-4,** puniatur. |

[5] Cf. CONGREGATION FOR THE DOCTRINE OF THE FAITH, decretum generale de delicto attentatae sacrae ordinationis mulieris *Congregatio pro Doctrina Fidei*, 19 December 2007, in *AAS* 100 (2008) 403.

| ***CIC*/1983** | ***Schema*/2011** | ***Pascite gregem Dei*/2021** |
|---|---|---|
| Can. 1365 - Reus vetitae communicationis in sacris iusta poena puniatur. | Can. 1381 - Reus vetitae communicationis in sacris iusta poena puniatur. | Can. 1381 - Reus vetitae communicationis in sacris iusta poena puniatur. |
| Can. 1367 - Qui species consecratas abicit aut in sacrilegum finem abducit vel retinet, in excommunicationem latae sententiae Sedi Apostolicae reservatam incurrit; clericus praeterea alia poena, non exclusa dimissione e statu clericali, puniri potest.<br><br>[*SST*/2010, art. 3 §2. **… quod consistit in consecratione in sacrilegum finem unius materiae vel utriusque in eucharistica celebratione, aut extra eam. Qui *hoc* delictum *patraverit*, pro gravitate criminis puniatur, non exclusa dimissione *vel depositione*.**] | Can. **1382 - § 1.** Qui species consecratas abicit aut in sacrilegum finem abducit vel retinet, in excommunicationem latae sententiae Sedi Apostolicae reservatam incurrit; clericus praeterea alia poena, non exclusa dimissione e statu clericali, puniri potest.<br><br>**§ 2.** *Qui delictum* **patrat** *quod consistit in* consecratione in sacrilegum finem unius materiae vel utriusque in eucharistica celebratione aut extra eam pro gravitate *criminis* puniatur non exclusa dimissione **e statu clericali.** | Can. 1382 - § 1. Qui species consecratas abicit aut in sacrilegum finem abducit vel retinet, in excommunicationem latae sententiae Sedi Apostolicae reservatam incurrit; clericus praeterea alia poena, non exclusa dimissione e statu clericali, puniri potest.<br><br>§ 2. **Reus** consecrationis in sacrilegum finem unius materiae vel utriusque in eucharistica celebratione aut extra eam pro gravitate **delicti** puniatur non exclusa dimissione e statu clericali. |
| Can. 1385 - Qui quaestum illegitime facit ex Missae stipe, *censura vel alia iusta poena* puniatur. | Can**. 1383 -** Qui quaestum illegitime facit ex Missae stipe, **ad normam can. 1336** puniatur. | Can. 1383 - Qui quaestum illegitime facit ex Missae stipe, **censura vel poenis de quibus in** can. 1336**, §§ 2-4,** puniatur. |
| Can. 1378 - § 1. Sacerdos qui contra praescriptum can. 977 agit, in excommunicationem latae sententiae Sedi Apostolicae reservatam incurrit. | Can. 1384 - Sacerdos qui contra praescriptum can. 977 agit, in excommunicationem latae sententiae Sedi Apostolicae reservatam incurrit. | Can. 1384 - Sacerdos qui contra praescriptum can. 977 agit, in excommunicationem latae sententiae Sedi Apostolicae reservatam incurrit. |
| Can. 1387 - Sacerdos, qui in actu vel occasione vel praetextu confessionis paenitentem ad peccatum contra sextum Decalogi praeceptum sollicitat, pro delicti gravitate, suspensione, *prohibitionibus, privationibus* puniatur, et in casibus gravioribus dimittatur e statu clericali. | Can. 1385 - Sacerdos, qui in actu vel occasione vel praetextu confessionis paenitentem ad peccatum contra sextum Decalogi praeceptum sollicitat, pro delicti gravitate, suspensione ***vel poenis in can. 1336 statutis*** puniatur, et in casibus gravioribus dimittatur e statu clericali. | Can. 1385 - Sacerdos, qui in actu vel occasione vel praetextu confessionis paenitentem ad peccatum contra sextum Decalogi praeceptum sollicitat, pro delicti gravitate, suspensione, **prohibitionibus, privationibus** puniatur, et in casibus gravioribus dimittatur e statu clericali. |
| Can. 1388 - § 1. Confessarius, qui sacramentale sigillum directe violat, in excommunicationem latae sententiae Sedi Apostolicae reservatam incurrit; qui vero indirecte tantum, pro delicti gravitate puniatur.<br>§ 2. Interpres aliique, de quibus in can. 983, § 2, qui secretum violant, iusta poena puniantur, non exclusa excommunicatione. | Can. 1386 - § 1. Confessarius, qui sacramentale sigillum directe violat, in excommunicationem latae sententiae Sedi Apostolicae reservatam incurrit; qui vero indirecte tantum, pro delicti gravitate puniatur.<br>§ 2. Interpres aliique, de quibus in can. 983, § 2, qui secretum violant, iusta poena puniantur, non exclusa excommunicatione. | Can. 1386 - § 1. Confessarius, qui sacramentale sigillum directe violat, in excommunicationem latae sententiae Sedi Apostolicae reservatam incurrit; qui vero indirecte tantum, pro delicti gravitate puniatur.<br>§ 2. Interpres aliique, de quibus in can. 983, § 2, qui secretum violant, iusta poena puniantur, non exclusa excommunicatione. |

| **CDF, 1988[6]** | ***SST*/2010, art. 4 §2** | ***Pascite gregem Dei*/2021** |
|---|---|---|
| **Firmo praescripto *can. 1388*, quicumque quovis technico instrumento *ea* quae in Sacramentali Confessione, vera vel ficta, *a se vel ab alio peracta*, a confessario vel a poenitente dicuntur, captat, aut communicationis socialis** | Firmo praescripto […] quovis technico instrumento ***facta*** aut **in** evulgatione communicationis socialis **mediis malitiose** *peracta rerum* quae in sacramentali confessione, vera vel ficta, a confessario vel a paenitente dicuntur […] **pro** | § 3. Firmis praescripti**s §§ 1 et 2**, quicumque quovis technico instrumento captat aut in communicationis socialis mediis malitiose evulgat quae in sacramentali confessione, vera vel ficta,[7] a confessario vel a paenitente dicuntur, pro gravitate |

[6] idem, decretum generale quo, ad Poenitentiae sacramentum tuendum, excommunicatio latae sententiae illi quicumque ea quae a confessario et a poenitente dicuntur vel per instrumenta technica captat vel per communicationis socialis instrumenta evulgat, infertur *Congregatio pro*, 23 September 1988, in *AAS* 80 (1988) 1367.
[7] *SST*/2021 substitutes “simulata” for “ficta” (art. 4 §1, 6º).

| **CDF, 1988**[6] | ***SST*/2010, art. 4 §2** | ***Pascite gregem Dei*/2021** |
| --- | --- | --- |
| ***instrumentis* <u>evulgat</u>, *in excommunicationem latae sententiae incurrit*.** | **gravitate *criminis* puniatur, non exclusa, si *clericus est*, dimissione** *vel depositione*. | **delicti** puniatur, non exclusa, si **de clerico agatur**, dimissione **e statu clericali**. |

| ***CIC*/1983** | ***Schema*/2011** | ***Pascite gregem Dei*/2021** |
| --- | --- | --- |
| Can. 1382 - Episcopus qui sine pontificio mandato aliquem consecrat in Episcopum, itemque qui ab eo consecrationem recipit, in excommunicationem latae sententiae Sedi Apostolicae reservatam incurrunt. | Can. 1387 - Episcopus qui sine pontificio mandato aliquem consecrat in Episcopum, itemque qui ab eo consecrationem recipit, in excommunicationem latae sententiae Sedi Apostolicae reservatam incurrunt. ***Qui vero ordinationem recepit, est ipso facto a recepto ordine suspensus.*** | Can. 1387 - Episcopus qui sine pontificio mandato aliquem consecrat in Episcopum, itemque qui ab eo consecrationem recipit, in excommunicationem latae sententiae Sedi Apostolicae reservatam incurrunt. |
| Can. 1383 - Episcopus qui, contra praescriptum can. 1015, alienum subditum sine legitimis litteris dimissoriis ordinavit, prohibetur per annum ordinem conferre. Qui vero ordinationem recepit, est ipso facto a recepto ordine suspensus.<br><br>[*CIC*/1917, c. 2374. Qui … ad ordines malitiose accesserit … detentus aliqua censura, irregularitate aliove impedimento, gravibus poenis secundum rerum adiuncta puniatur.] | Can. 1388 - **§ 1.** Episcopus qui, contra praescriptum can. 1015, alienum subditum sine legitimis litteris dimissoriis ordinavit, prohibetur per annum ordinem conferre. Qui vero ordinationem recepit, est ipso facto a recepto ordine suspensus.<br>***§ 2. In eandem prohibitionem in § 1 statutam, incurrit Ordinarius qui ordinem sacrum confert vel concedit litteras dimissorias suipsius subdito, qui alterius Seminarii alumnus erat, quin audiverit istius Moderatores, vel si agat, nulla praemissa investigatione pro veritate discernenda, contra istorum graves oppositiones.***<br>**§ *3*. Qui ad sacros ordines accedit innodatus quadam censura vel irregularitate, voluntarie reticita, est ipso facto a recepto ordine suspensus *et insuper puniri debet pro delicti gravitate.*** | Can. 1388 - § 1. Episcopus qui, contra praescriptum can. 1015, alienum subditum sine legitimis litteris dimissoriis ordinavit, prohibetur per annum ordinem conferre. Qui vero ordinationem recepit, est ipso facto a recepto ordine suspensus.<br><br>§ 2. Qui ad sacros ordines accedit innodatus quadam censura vel irregularitate, voluntarie reticita, **praeter id quod statuitur in can. 1044, § 2, n. 1,** est ipso facto a recepto ordine suspensus. |
| Can. 1384 - Qui, praeter casus, de quibus in cann. *1378-1383*, sacerdotale munus vel aliud sacrum ministerium illegitime exsequitur, iusta poena puniri *potest*. | Can. 1389 - Qui, praeter casus, de quibus in cann. **1379-1388,** sacerdotale munus vel aliud sacrum ministerium illegitime exsequitur, iusta poena **puniatur, non exclusa censura.** | Can. 1389 - Qui, praeter casus, de quibus in cann. 1379-1388, sacerdotale munus vel aliud sacrum ministerium illegitime exsequitur, iusta poena puniatur, non exclusa censura. |
| TITULUS IV. DE *CRIMINE FALSI* | TITULUS IV. DE **DELICTIS CONTRA *VERIDICITATEM*** | TITULUS IV. DE DELICTIS CONTRA **BONAM FAMAM ET DE DELICTO FALSI** |
| Can. 1390 - § 1. Qui confessarium de delicto, de quo in can. *1387*, apud ecclesiasticum Superiorem falso denuntiat, in interdictum latae sententiae incurrit et, si sit clericus, *etiam* in suspensionem. | Can. 1390 - § 1. Qui confessarium de delicto, de quo in can. **1385**, apud ecclesiasticum Superiorem falso denuntiat, in interdictum latae sententiae incurrit et, si <u>sit clericus</u>, in suspensionem. | Can. 1390 - § 1. Qui confessarium de delicto, de quo in can. 1385, apud ecclesiasticum Superiorem falso denuntiat, in interdictum latae sententiae incurrit et, si clericus sit, **etiam** in suspensionem. |
| § 2. Qui aliam ecclesiastico Superiori calumniosam praebet delicti denuntiationem, vel aliter alterius bonam famam laedit, iusta poena, *non exclusa censura*, *puniri potest*. | § 2. Qui aliam ecclesiastico Superiori calumniosam praebet delicti denuntiationem, vel aliter alterius bonam famam laedit, iusta poena, **puniatur ad normam can. 1336, cui praeterea censura addi potest**. | § 2. Qui aliam ecclesiastico Superiori calumniosam praebet delicti denuntiationem, vel aliter alterius bonam famam **illegitime** laedit, iusta poena puniatur ad normam can. 1336, **§§ 2-4,** cui praeterea censura addi potest. |

| *CIC*/1983 | *Schema*/2011 | *Pascite gregem Dei*/2021 |
|---|---|---|
| § 3. Calumniator *potest* cogi etiam ad congruam satisfactionem praestandam. | § 3. Calumniator cogi **debet** etiam ad congruam satisfactionem praestandam. | § 3. Calumniator cogi debet etiam ad congruam satisfactionem praestandam. |
| Can. 1391 - *Iusta poena* pro delicti gravitate *puniri potest*:<br>1° qui ecclesiasticum documentum publicum falsum conficit, vel verum mutat, destruit, occultat, vel falso vel mutato utitur;<br>2° qui alio falso vel mutato documento utitur in re ecclesiastica;<br>3° qui in publico ecclesiastico documento falsum asserit. | Can. 1391 - **Poenis de quibus in can. 1336**<br>pro delicti gravitate **puniatur:**<br>1° qui ecclesiasticum documentum publicum falsum conficit, vel verum mutat, destruit, occultat, vel falso vel mutato utitur;<br>2° qui alio falso vel mutato documento utitur in re ecclesiastica;<br>3° qui in publico ecclesiastico documento falsum asserit. | Can. 1391 - Poenis de quibus in can. 1336**, §§ 2-4,** pro delicti gravitate puniatur:<br>1º qui ecclesiasticum documentum publicum falsum conficit, vel verum mutat, destruit, occultat, vel falso vel mutato utitur;<br>2º qui alio falso vel mutato documento utitur in re ecclesiastica;<br>3º qui in publico ecclesiastico documento falsum asserit. |
| TITULUS V. DE DELICTIS CONTRA SPECIALES OBLIGATIONES | TITULUS V. DE DELICTIS CONTRA SPECIALES OBLIGATIONES | TITULUS V. DE DELICTIS CONTRA SPECIALES OBLIGATIONES |
| | Can. 1392 - ***§ 3.* Clericus qui *e* sacro ministerio illegitime *abest*, per sex menses continuos, cum animo sese subducendi a competenti Ecclesiae auctoritate, pro delicti gravitate, suspensione vel etiam poenis in can. 1336 statutis puniatur, et in casibus gravioribus *dimittatur* e statu clericali.**<br><br>***§ 1. Clericus vel religiosus qui, nulla dispensatione obtenta vel nullo detentus impedimento, officia sui status non adimpleat, monendus est ad normam can. 1339; tribusque mensibus elapsis, si officia non adimplere pergat, praeceptum poenale contra ipsum feratur, gravitati violationum aequatum.*** | Can. 1392 - Clericus qui sacrum ministerium **voluntarie et** illegitime **relinquit**, per sex menses continuos, cum animo sese subducendi a competenti Ecclesiae auctoritate, pro delicti gravitate, suspensione vel etiam poenis in can. 1336**, §§ 2-4,** statutis puniatur, et in casibus gravioribus **dimitti potest** e statu clericali. |
| Can. 1392 - Clerici vel religiosi mercaturam vel negotiationem contra canonum praescripta exercentes pro delicti gravitate puniantur. | § 2. *Clerici* vel *religiosi* mercaturam vel negotiationem contra canonum praescripta *exercentes* pro delicti gravitate puniantur ***sanctionibus* de quibus in can. 1336**. | Can. 1393 - § 1. **Clericus** vel **religiosus** mercaturam vel negotiationem contra canonum praescripta **exercens** pro delicti gravitate puniatur **poenis** de quibus in can. 1336**, §§ 2-4**. |
| | | **§ 2. Clericus vel religiosus qui, praeter casus iure iam praevisos, in re oeconomica delictum committit, vel graviter violat praescriptiones, quae in can. 285, § 4, recensentur, poenis de quibus in can. 1336, §§ 2-4, puniatur, firma damnum reparandi obligatione.** |
| Can. 1394 - § 1. Firmo praescripto can. 194, § 1, n. 3, clericus matrimonium, etiam civiliter tantum, attentans, in suspensionem latae sententiae incurrit; quod si monitus non resipuerit et scandalum dare perrexerit, gradatim privationibus ac vel etiam dimissione e statu clericali puniri *potest*. | Can. 1394 - § 1. <u>Firmo praescripto can. 194, § 1, n. 3,</u> clericus matrimonium, etiam civiliter tantum, attentans, in suspensionem latae sententiae incurrit; quod si monitus non resipuerit *et* scandalum dare perrexerit, gradatim privationibus *ac* vel etiam dimissione e statu clericali puniri **debet**. | Can. 1394 - § 1. Clericus matrimonium, etiam civiliter tantum, attentans, in suspensionem latae sententiae incurrit, firmis praescriptis can**n**. 194, § 1, n. 3, **et 694, § 1, n. 2**; quod si monitus non resipuerit **vel** scandalum dare perrexerit, gradatim privationibus vel etiam dimissione e statu clericali puniri debet. |

| *CIC*/1983 | *Schema*/2011 | *Pascite gregem Dei*/2021 |
|---|---|---|
| § 2. Religiosus a votis perpetuis, qui non sit clericus, matrimonium etiam civiliter tantum attentans, in interdictum latae sententiae incurrit, firmo praescripto can. 694. | § 2. Religiosus a votis perpetuis, qui non sit clericus, matrimonium etiam civiliter tantum attentans, in interdictum latae sententiae incurrit, firmo praescripto can. 694.<br>***§ 3. Correus delicti de quo in §§ 1 vel 2 incurrit in interdictum latae sententiae.*** | § 2. Religiosus a votis perpetuis, qui non sit clericus, matrimonium etiam civiliter tantum attentans, in interdictum latae sententiae incurrit, firmo praescripto can. 694**, § 1, n. 2**. |
| Can. 1395 - § 1. Clericus concubinarius, praeter casum de quo in can. 1394, et clericus in alio peccato externo contra sextum Decalogi praeceptum cum scandalo permanens, suspensione puniantur, cui, persistente post monitionem delicto, aliae poenae gradatim addi possunt usque ad dimissionem e statu clericali. | Can. 1395 - § 1. Clericus concubinarius, praeter casum de quo in can. 1394, et clericus in alio peccato externo contra sextum Decalogi praeceptum cum scandalo permanens, suspensione puniantur, cui, persistente post monitionem delicto, aliae poenae gradatim addi possunt usque ad dimissionem e statu clericali. | Can. 1395 - § 1. Clericus concubinarius, praeter casum de quo in can. 1394, et clericus in alio peccato externo contra sextum Decalogi praeceptum cum scandalo permanens, suspensione puniantur, cui, persistente post monitionem delicto, aliae poenae gradatim addi possunt usque ad dimissionem e statu clericali. |
| § 2. Clericus qui aliter contra sextum Decalogi praeceptum deliquerit, si quidem delictum vi vel minis vel publice vel cum minore infra aetatem *sedecim* annorum patratum sit, iustis poenis puniatur, non exclusa, si casus ferat, dimissione e statu clericali. | § 2. Clericus qui aliter contra sextum Decalogi praeceptum deliquerit, si quidem delictum vi *vel* minis vel publice vel cum minore *infra aetatem* **duodeviginti** *annorum* patratum sit, iustis poenis puniatur, non exclusa, si casus ferat, dimissione e statu clericali. **In hac paragrapho minori aequiparatur persona quae imperfecto rationis usu habitu pollet***.* [cf. c. 1398 § 1, 1º]<br>**§ 3. *Iisdem poenis* de *quibus* in § 2 puniatur clericus qui comparat vel *tenet* vel divulgat imagines pornographicas minorum *infra aetatem quattuordecim annorum* quovis modo et quolibet instrumento turpe patrata. [cf. c. 1398 § 1, 3º]**<br>***§ 4. Alia quaelibet persona, dignitatem, officium vel munus habens* in Ecclesia*, quae aliqua delicta de quibus in §§ 1-3 patrat, puniri debet ad normam can. 1336; si vero delictum ab ea patratum sit cum minore infra aetatem duodeviginti annorum vel persona ei aequiparata, qualibet dignitate vel officio aliove munere privetur. In iis omnibus casibus* pro delicti gravitate *aliae poenae addi possunt.*** [cf. c. 1398 § 2] | § 2. Clericus qui aliter contra sextum Decalogi praeceptum deliquerit, si quidem delictum publice patratum sit, iustis poenis puniatur, non exclusa, si casus ferat, dimissione e statu clericali.<br><br>**§ 3. Eadem poena** de **qua** in § 2 puniatur clericus qui vi, minis vel **abusu suae auctoritatis** delictum committit contra sextum Decalogi praeceptum **aut aliquem cogit ad actus sexuales exsequendos vel subeundos.** |
| Can. 1396 - Qui graviter violat residentiae obligationem cui ratione ecclesiastici officii tenetur, iusta poena puniatur, non exclusa, post monitionem, officii privatione. | Can. 1396 - ***§ 1.*** Qui graviter violat residentiae obligationem cui ratione ecclesiastici officii tenetur, iusta poena puniatur, non exclusa, post monitionem, officii privatione.<br>***§ 2. Qui, praeter casum de quo in § 1, in muneribus sui officii propriis obeundis graviter neglegens sit, iusta poena pro delicti gravitate puniatur; quod si post monitionem in delicto persistat aliae poenae addi possunt usque ad officii privationem.*** | Can. 1396 - Qui graviter violat residentiae obligationem cui ratione ecclesiastici officii tenetur, iusta poena puniatur, non exclusa, post monitionem, officii privatione. |
| TITULUS VI DE DELICTIS CONTRA HOMINIS VITAM ET LIBERTATEM | TITULUS VI DE DELICTIS CONTRA HOMINIS VITAM ET LIBERTATEM | TITULUS VI DE DELICTIS CONTRA HOMINIS VITAM**, DIGNITATEM** ET LIBERTATEM |
| Can. 1397 - Qui homicidium patrat, vel hominem vi aut fraude rapit vel detinet vel mutilat vel graviter vulnerat, | Can. 1397 - Qui homicidium patrat, vel hominem vi aut fraude rapit vel detinet vel mutilat vel graviter vulnerat, | Can. 1397 - **§ 1**. Qui homicidium patrat, vel hominem vi aut fraude rapit vel detinet vel mutilat vel graviter vulnerat, |

| *CIC*/1983 | *Schema*/2011 | *Pascite gregem Dei*/2021 |
|---|---|---|
| *privationibus et prohibitionibus*, de quibus in can. 1336, pro delicti gravitate puniatur; homicidium autem in personas de quibus in can. 1370, poenis ibi statutis punitur.<br><br>Can. 1398 - Qui abortum procurat, effectu secuto, in excommunicationem latae sententiae incurrit. | ***sanctionibus***, de quibus in can. 1336, pro delicti gravitate puniatur; homicidium autem in personas de quibus in can. 1370, poenis ibi statutis punitur.<br><br>Can. 1398 - Qui abortum procurat, effectu secuto, in excommunicationem latae sententiae incurrit. | **poenis**, de quibus in can. 1336, **§§ 2-4,** pro delicti gravitate puniatur; homicidium autem in personas de quibus in can. 1370, poenis ibi **et etiam in § 3 huius canonis** statutis punitur.<br><br>**§ 2**. Qui abortum procurat, effectu secuto, in excommunicationem latae sententiae incurrit.<br><br>**§ 3. Si de delictis agatur de quibus in hoc canone, in casibus gravioribus clericus reus dimittatur e statu clericali.** |

| *SST*/2010[8] | *VELM*[9] | *SST*/2019[10] | *Pascite gregem Dei*/2021 |
|---|---|---|---|
| Art. 6 § 1. Delicta graviora contra mores, Congregationi pro Doctrina Fidei cognoscendo reservata, sunt:<br><br>1º delictum contra sextum Decalogi praeceptum cum minore ***infra aetatem duodeviginti annorum*** a clerico commissum; in hoc numero minori aequiparatur persona quae imperfecto rationis usu habitu pollet;<br>2º comparatio vel detentio vel divulgatio imaginum pornographicarum minorum *infra aetatem quattuordecim annorum* quovis modo et quolibet instrumento a clerico turpe patrata. | Art. 1 - §1. Le presenti norme si applicano in caso di segnalazioni relative a chierici **o a membri di Istituti di vita consacrata o di Società di vita apostolica** e concernenti:<br><br>a) delitti contro il sesto comandamento del Decalogo consistenti:<br>i. nel costringere qualcuno, con violenza o minaccia **o mediante abuso di autorità, a compiere o subire atti sessuali;**<br>**ii. nel compiere atti sessuali con un minore o con una persona vulnerabile;**<br>**iii. nella produzione, nell'esibizione, nella detenzione o nella distribuzione, *anche per via telematica*, di materiale pedopornografico, nonché nel reclutamento o nell'induzione di un minore o di una persona vulnerabile a partecipare ad esibizioni pornografiche;** | Art. 6 § 1. | Can. 1398 - **§ 1. Privatione officii et aliis** iustis poenis**,** non exclusa dimissione e statu clericali, si casus **id secum**ferat**,** puniatur clericus**:**<br><br>**1º** qui delictum committit contra sextum Decalogi praeceptum cum minore vel cum persona quae habitualiter usum imperfectum rationis habet **vel cui ius parem tutelam agnoscit;**<br><br>**2º qui sibi devincit aut inducit minorem aut personam quae habitualiter usum imperfectum rationis habet aut eam cui ius parem tutelam agnoscit, ut pornographice sese ostendat vel exhibitiones pornographicas, sive veras sive simulatas, participet;** |

[8] CONGREGATION FOR THE DOCTRINE OF THE FAITH, rescript *ex Audientia* subrogating *SST*/2001, 21 May 2010, in *AAS* 102 (2010) [hereafter *SST*/2010] 419–430.
[9] FRANCIS, apostolic letter *motu proprio* instituting new procedures for the preliminary investigation of allegations of the sexual abuse of minors or other vulnerable persons involving prelates *Vos estis lux mundi*, 7 May 2019, art. 1, http://w2.vatican.va/content/francesco/it/motu_proprio/documents/papa-francesco-motu-proprio-20190507_vos-estis-lux-mundi.html (accessed 4 March 2022), in *Communicationes* 51 (2019) [hereafter *VELM*] 23–33.
[10] CONGREGATION FOR THE DOCTRINE OF THE FAITH, rescript *ex Audientia* derogating from *SST*/2010, 3 December 2019, art. 6 § 1, 2º, https://www.vatican.va/roman_curia/secretariat_state/2019/documents/rc-seg-st-20191203_rescriptum_it.html (accessed 17 March 2020), in *Communicationes* 51 (2019) [hereafter rescript 3 December 2019] 364–365.

| ***SST*/2010**[8] | ***VELM***[9] | ***SST*/2019**[10] | ***Pascite gregem Dei*/2021** |
|---|---|---|---|
| § 2. Clericus qui delicta de quibus in § 1 patraverit, pro gravitate criminis puniatur, non exclusa dimissione vel depositione. | **§2. Agli effetti delle presenti norme, si intende per:<br>a) «minore»: ogni persona avente un'età inferiore a diciott'anni o per legge ad essa equiparata;<br>b) «persona vulnerabile»: ogni persona in stato d'infermità, di deficienza fisica o psichica, o di privazione della libertà personale che di fatto, anche occasionalmente, ne limiti la capacità di intendere o di volere o comunque di resistere all'offesa;<br>c) «materiale pedopornografico»: qualsiasi rappresentazione di un minore, indipendentemente dal mezzo utilizzato, coinvolto in attività sessuali esplicite, reali o simulate, e qualsiasi rappresentazione di organi sessuali di minori a scopi prevalentemente sessuali.** | 2º l'acquisizione o la detenzione o la divulgazione**,** *a fine di libidine*, di immagini pornografiche di minori ***di diciotto anni*** da parte di un chierico, in qualunque modo e con qualunque strumento. | <br>**3º** qui **contra bonos mores** sibi comparat, detinet, **exhibet** vel divulgat, quovis modo et quolibet instrumento, imagines pornographicas minorum **vel personarum quae habitualiter usum imperfectum rationis habent**.<br><br>**§ 2. Sodalis instituti vitae consecratae vel societatis vitae apostolicae, et fidelis quilibet aliqua dignitate gaudens aut officio vel functione** in Ecclesia **fungens, si delictum committat de quo in § 1 vel in can. 1395, § 3, puniatur ad normam can. 1336, §§ 2-4, adiunctis quoque aliis poenis** pro delicti gravitate**.** |

| ***CIC*/1983** | ***Schema*/2011** | ***Pascite gregem Dei*/2021** |
|---|---|---|
| TITULUS VII NORMA GENERALIS | TITULUS VII NORMA GENERALIS | TITULUS VII NORMA GENERALIS |
| Can. 1399 - Praeter casus hac vel aliis legibus statutos, divinae vel *canonicae* legis externa violatio tunc tantum potest iusta *quidem* poena puniri, cum *specialis* violationis gravitas *punitionem postulat*, et necessitas urget scandala *praeveniendi vel* reparandi. | Can. 1399 - Praeter casus hac vel aliis legibus statutos, divinae vel ***ecclesiasticae*** legis externa violatio tunc tantum potest iusta poena puniri cum violatio eiusque gravitas ***ex ipsa Ecclesiae doctrina clare et certe innotescat proindeque quaedam sanctio rationabiliter praevideri possit et dummodo*** necessitas urgeat ***damnum et*** scandalum reparandi. | Can. 1399 - Praeter casus hac vel aliis legibus statutos, divinae vel canonicae legis externa violatio tunc tantum potest iusta quidem poena puniri, cum specialis violationis gravitas punitionem postulat, et necessitas urget scandala praeveniendi vel reparandi. |

## CANONES QUI INVENIUNTUR IN ALIIS LOCIS CODICIS

| ***CIC*/1983** | ***Schema*/2011** | ***Recognitum Librum VI*/2022**[11] |
|---|---|---|
| Can. 695 - § 1. Sodalis dimitti debet ob delicta de quibus in cann. 1397, 1398 et 1395, nisi in delictis, de quibus in can. 1395, § 2, Superior censeat dimissionem non esse omnino | Can. 695 - § 1. Sodalis dimitti debet ob delicta de quibus in cann. 1397, 1398 et 1395, nisi in delictis, de quibus in can. 1395, §§ 2 **et 3***,* Superior censeat dimissionem non esse | Can. 695 - § 1. Sodalis dimitti debet ob delicta de quibus in cann. 1395, 1397 et 1398, nisi in delictis, de quibus in cann. 1395 §§ 2-3, **et 1398 § 1,** Superior **maior** censeat dimissionem non esse omnino necessariam et emendationi |

[11] FRANCIS, litterae apostolicae motu proprio datae quibus can. 695 §1, Codicis Iuris Canonici immutatur *Recognitum Librum VI*, 26 April 2022, https://www.vatican.va/content/francesco/la/motu_proprio/documents/20220426-motu-proprio-recognitum-librum-vi.html (accessed 27 April 2022).

| | | |
|---|---|---|
| necessariam et emendationi sodalis atque restitutioni iustitiae et reparationi scandali satis alio modo consuli posse.<br>§ 2. Hisce in casibus, Superior maior, collectis probationibus circa facta et imputabilitatem, sodali dimittendo accusationem atque probationes significet, data eidem facultate sese defendendi. Acta omnia a Superiore maiore et a notario subscripta, una cum responsionibus sodalis scripto redactis et ab ipso sodale subscriptis, supremo Moderatori transmittantur. | omnino necessariam et emendationi sodalis atque restitutioni iustitiae et reparationi scandali satis alio modo consuli posse.<br>§ 2. Hisce in casibus, Superior maior, collectis probationibus circa facta et imputabilitatem, sodali dimittendo accusationem atque probationes significet, data eidem facultate sese defendendi. Acta omnia a Superiore maiore et a notario subscripta, una cum responsionibus sodalis scripto redactis et ab ipso sodale subscriptis, supremo Moderatori transmittantur. | sodalis atque restitutioni iustitiae et reparationi scandali satis alio modo consuli posse.<br>§ 2. Hisce in casibus, Superior maior, collectis probationibus circa facta et imputabilitatem, sodali dimittendo accusationem atque probationes significet, data eidem facultate sese defendendi. Acta omnia a Superiore maiore et a notario subscripta, una cum responsionibus sodalis scripto redactis et ab ipso sodale subscriptis, supremo Moderatori transmittantur. |
| Can. 1717 - § 1. Quoties Ordinarius notitiam, saltem veri similem, habet de delicto, caute inquirat, per se vel per aliam idoneam personam, circa facta et circumstantias et circa imputabilitatem, nisi haec inquisitio omnino superflua videatur.<br>§ 2. Cavendum est ne ex hac investigatione bonum cuiusquam nomen in discrimen vocetur.<br>§ 3. Qui investigationem agit, easdem habet, quas auditor in processu, potestates et obligationes; idemque nequit, si postea iudicialis processus promoveatur, in eo iudicem agere. | Can. 1717 - § 1. Quoties Ordinarius notitiam habet de delicto, ***prudenter decernat utrum notitia veri similis videatur an non. Quod si notitia veri similis appareat, investigationem praeviam promoveat***, per se vel per aliam idoneam personam, circa facta et circumstantias et circa imputabilitatem, nisi haec inquisitio omnino superflua videatur.<br>§ 2. Cavendum est ne ex hac investigatione bonum cuiusquam nomen in discrimen vocetur.<br>§ 3. Qui investigationem agit, easdem habet, quas auditor in processu, potestates et obligationes; idemque nequit, si postea iudicialis processus promoveatur, in eo iudicem agere. | |
| Can. 1718 - § 1. Cum satis collecta videantur elementa, decernat Ordinarius:<br>1° num processus ad poenam irrogandam vel declarandam promoveri possit;<br>2° num id, attento can. 1341, expediat;<br>3° utrum processus iudicialis sit adhibendus an, nisi lex vetet, sit procedendum per decretum extra iudicium.<br>§ 2. Ordinarius decretum, de quo in § 1, revocet vel mutet, quoties ex novis elementis aliud sibi decernendum videtur.<br>§ 3. In ferendis decretis, de quibus in §§ 1 et 2, audiat Ordinarius, si prudenter censeat, duos iudices aliosve iuris peritos.<br>§ 4. Antequam ad normam § 1 decernat, consideret Ordinarius num, ad vitanda inutilia iudicia, expediat ut, partibus consentientibus, vel ipse vel investigator quaestionem de damnis ex bono et aequo dirimat. | Can. 1718 - § 1. Cum satis collecta videantur elementa, decernat Ordinarius:<br>1° num processus ad poenam irrogandam vel declarandam promoveri possit;<br>2° num id, attento can. 1341, expediat;<br>3° utrum processus iudicialis sit adhibendus an, nisi lex vetet, sit procedendum per decretum extra iudicium, ***quam viam tamen inire non debet nisi, consultatione habita de qua in § 3, certitudinem saltem praeliminarem adipiscatur circa vim collectorum elementorum ad accusationem sustinendam, attentis praescriptis can. 1526.***<br>§ 2. Ordinarius decretum, de quo in § 1, revocet vel mutet, quoties ex novis elementis aliud sibi decernendum videatur.<br>§ 3. In ferendis decretis, de quibus in §§ 1 et 2, audiat Ordinarius, si prudenter censeat, duos iudices aliosve iuris peritos.<br>§ 4. Antequam ad normam § 1 decernat, consideret Ordinarius num, ad vitanda inutilia iudicia, expediat ut, partibus consentientibus, vel ipse vel investigator quaestionem de damnis ex bono et aequo dirimat, ***cauto tamen ut, quantum fieri potest, consensus partium in instrumento civili efficacia praedito constet.*** | |

| | | |
|---|---|---|
| Can. 1720 - Si Ordinarius censuerit per decretum extra iudicium esse procedendum:<br>1° *reo accusationem* atque probationes, data facultate sese defendendi, *significet*, *nisi reus, rite vocatus, comparere neglexerit*;<br><br><br>*2*° probationes et argumenta omnia cum duobus assessoribus accurate perpendat*;*<br>*3*° si de delicto certo constet neque actio criminalis sit extincta, decretum ferat ad normam cann. 1342-1350, expositis, breviter saltem, rationibus in iure et in facto. | Can. 1720 - **§ 1.** Si Ordinarius censuerit per viam extra iudicium ***seu administrativam*** esse procedendum:<br>**1° *accusato imputationes*** atque probationes ***notas faciat***;<br>2° det ***accusato*** facultatem sese defendendi, ***statuto etiam tempore utili decem dierum ad probationes exhibendas;***<br>**3**° probationes et argumenta omnia cum duobus assessoribus accurate perpendat**.**<br>**§ 2. *Peracta quae in § 1 recensentur,*** si de delicto certo constet neque actio criminalis sit extincta, **Ordinarius** decretum ferat ad normam cann. 1342-1350, expositis, breviter saltem, rationibus in iure et in facto. ***Si tamen censeat poenam perpetuam infligendam esse, ad validitatem decreti requiritur ut obtineat consensum praevium Metropolitae aut, si agatur de Metropolita, antiquioris suffraganei, aut, in ceteris casibus, Ordinarii a Sancta Sede ad hoc deputati; ii omnes causam cognoscere debent cum auxilio duorum consultorum.*** | |

**Sources**

CONGREGATION FOR THE DOCTRINE OF THE FAITH, rescript *ex Audientia* derogating from *SST*/2010, 3 December 2019, https://www.vatican.va/roman_curia/secretariat_state/2019/documents/rc-seg-st-20191203_rescriptum_it.html (17 March 2020), in *Communicationes*, 51 (2019), pp. 364–365.

———, rescript *ex Audientia* subrogating *SST*/2001, 21 May 2010, in *AAS*, 102 (2010), pp. 419–430.

———, decretum generale quo, ad Poenitentiae sacramentum tuendum, excommunicatio latae sententiae illi quicumque ea quae a confessario et a poenitente dicuntur vel per instrumenta technica captat vel per communicationis socialis instrumenta evulgat, infertur *Congregatio pro*, 23 September 1988, in *AAS*, 80 (1988), p. 1367.

———, decretum generale de delicto attentatae sacrae ordinationis mulieris *Congregatio pro Doctrina Fidei*, 19 December 2007, in *AAS*, 100 (2008), p. 403.

FRANCIS, constitutio apostolica qua Liber VI Codicis iuris canonici reformatur *Pascite gregem Dei*, 23 May 2021, https://www.vatican.va/content/francesco/la/apost_constitutions/documents/papa-francesco_costituzione-ap_20210523_pascite-gregem-dei.html (1 June 2021), in *Communicationes*, 53 (2021), pp. 9–12; Liber VI, 17–40.

———, litterae apostolicae motu proprio datae quibus can. 695 §1, Codicis Iuris Canonici immutatur *Recognitum Librum VI*, 26 April 2022, https://www.vatican.va/content/francesco/la/motu_proprio/documents/20220426-motu-proprio-recognitum-librum-vi.html (27 April 2022) (2022).

———, apostolic letter *motu proprio* instituting new procedures for the preliminary investigation of allegations of the sexual abuse of minors or other vulnerable persons involving prelates *Vos estis lux mundi*, 7 May 2019, http://w2.vatican.va/content/francesco/it/motu_proprio/documents/papa-francesco-motu-proprio-20190507_vos-estis-lux-mundi.html (4 March 2022), in *Communicationes*, 51 (2019), pp. 23–33.

JOHN PAUL II, litterae apostolicae motu proprio datae quibus normae quaedam inseruntur in Codice Iuris Canonici et in Codice Canonum Ecclesiarum Orientalium *Ad tuendam fidem*, 18 May 1998, in *AAS*, 90 (1998), pp. 457–461.

PONTIFICAL COUNCIL FOR LEGISLATIVE TEXTS, *Schema recognitionis Libri VI Codicis Iuris Canonici (Reservatum)*.

**Articles**

ARRIETA, J.I., “El proyecto de revisión del Libro VI del Código de derecho canónico,” in *Anuario de derecho canónico*, 2 (2013), pp. 211–231.

LLOBELL, J. “Giusto processo e ‘amministrativizzazione’ della procedura penale canonica.” *Stato, Chiese e pluralismo confessionale*, no. 14 (15 April 2019): 1–62. Accessed Date. http://dx.doi.org/10.13130/1971-8543/11550.